Diss. Halle 1910.

G. Kuehn

DE OPIFICUM ROMANORUM CONDICIONE PRIVATA QUAESTIONES

DISSERTATIO INAUGURALIS QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA RITE CAPESSENDOS SCRIPSIT

GEORGIUS KUEHN
SAXO-ALTENBURGENSIS

HALIS SAXONUM
TYPIS WISCHANI ET BURKHARDTI
MDCCCCX

DE DISSERTATIONE PROBANDA
AD PHILOSOPHORUM ORDINEM RETTULIT
GEORGIUS WISSOWA

Examen rigorosum habitum est die IV. mens. Nov. a. 1909.

PATRIS MEMORIAE

SACRUM

Scripturo mihi de opificibus Romanis primum esse videbatur quaerere qui homines in opificum nomine continerentur. Exiguus inscriptionum Latinarum numerus, in quibus hoc nomen legitur (CIL VI 8648 *praepositus opificibus*; XI 6211 *incolae opificesque*; XII 1384 *opifices lapidarii*; XIII 2828 *opifices loricarii*), quamquam testimonio est illud nomen in vita communi minus usitatum fuisse quam singulorum opificiorum peculiares appellationes, tamen quae generalis eius vis sit non docet. neque scriptores Romani de hac re nos certiores faciunt; Cicero enim, qui de variis quaestus rationibus pluribus disserit (de officiis I 150. 151), id tantum — ut homo vere Romanus — respicit quae sint viro Romano dignae et honestae, quae non sint; et Seneca philosophus (epist. 88, 21-23) cum omnes res tum artes sub specie aeternitatis, ut ita dicam, contemplatur et, cum virtus omnium rerum, quae appetuntur, summa sit, quo quod studium propius homines ad eam adducit, eo pluris aestimandum esse censet. ergo principatum tenet philosophia, quippe quae Stoicorum sententia proxima sit a virtute; infimae sunt vulgares opificum artes, *quae in manu constant et ad instruendam vitam occupatae sunt*; altero loco apparent ludicrae, *quae ad voluptatem oculorum et aurium tendunt,* tertio liberales vel, ut ipse ait, *pueriles, quas ἐγκυκλίους Graeci vocant.* Sed cum et hi scriptores et reliqui, qui opificum mentionem faciunt, non tam doceant quae sint genera quaestus — neque omnes, quas illiberales Cicero vocat, neque quas vulgares et sordidas Seneca, opificum artes sunt —, quam quanti quaeque ars et sibi et suae aetatis hominibus sit, eorum testimoniis infra uti licebit.

Quattuor habemus genera quaestus generalia; primum agriculturam et operas omnes, quibus naturae fructus et coluntur et in hominum usum rediguntur, quales sunt pastio et venatio, cultura silvae et horti, vineti et oliveti; alterum mercaturam et negotiationem, quae continet redempturam et fenerationem et argentariam; quartum quaestum mercennarium et conducticium. tertium genus continet eos, quos vere et proprie appellamus opifices.

Opifex est, quod elementa vocis docent, qui opus facit vel cuius opera opus aliquod efficitur (interpretationes alienae: Corp. gloss. lat. V 126, 39 *opus faciens*; IV 265, 9 *operis factor*; IV 545, 35 *fabricator*; II 313, 58 ἐργοδιώκτης); *opus* autem sic intellegendum esse videtur, ut non ἐργασία opificis sed ἔργον i. e. res ipsa fabricata appelletur, nam proprium est, ut res, quae non modo meditatione sed etiam sensibus percipitur, vel ipsis manibus (interpretationes Graecae: Corp. gloss. lat. II 476, 45 χειρουργός; II 139, 4. 5. 269, 34. 476, 42. III 307, 39. 514, 16. 1275, 34 χειροτέχνης) vel instrumentis conficiatur, ut apparet ex scriptorum et poetarum testimoniis.[1])

Sic intellegitur quare neque agricola opifex nominetur, qui arando et metendo, neque mercator, cum emendo et vendendo opus faciat.[2]) Quae fere opificum opera conficiantur ex his Ciceronis verbis cognoscitur (de nat. deor. II 150): *exstructiones tectorum, tegumenta corporum vel texta vel suta omnemque fabricam aeris*

---

[1]) Horat. carm. III 27, 30 opifex coronae = nectens coronam. Varro de re rust. III 16, 19 [apes] silvestres minores sunt magnitudine et pilosae sed opifices magis. 16, 5 mel apium cibus domus opus. Cicero de nat. deor. I 18 opifex aedificatorque mundi deus. Ovid. met. I 79 [deus] opifex rerum. Gellius XII 1, 13 sanguis ille opifex omne hominis corpus finxit.

[2]) eadem de causa ei, qui in metallis et lapicidinis sunt operarii, in numerum opificum non adscribuntur, cum non res perfectas sed materiam infectam opificum opera tractandam exhibeant.

et ferri; ex quo intellegitur ad inventa animo percepta sensibus adhibitis opificum manibus omnia nos consecutos, ut tecti, ut vestiti, ut salvi esse possemus, urbes, muros, domicilia, delubra haberemus. tales opifices sunt inprimis fabri omnes, sutores, sarcinatores, linteones, pistores, lanii. Cum in lingua Latina non tantum intersit inter *artem* et *opificium,* quantum inter nostrae linguae verba *Kunst* et *Handwerk*[1]), interdum homines in opificio tractando occupati nominantur artifices et in libris scriptorum et in inscriptionibus (Fast. Praen. ad d. Mart. 19: *Quinquatrus — artificum dies.* CIL III 3136 *artifices Minervae.* VI 9896 *artifex signarius.* VI 9927 *artifex artis tesselariae lusoriae.* IX 1719 *tibicen artifex organorum.* X 3479 *optio factionis artificum.* XII 722 *quem magni artifices* [fabri tignarii] *semper dixere magistrum.* XII 5336 *praebuit artificibus* [structoribus] *mercedem.* XII 5687, 9. 16-18 *artifex = figulus.* XII 5811 *artifices = fabri navales.* CIL II Suppl. 5181, 42 *artifices = tonsores.* Varro rer. rust. I 16, 4 *fabros parant, quos habeant in villa, sic ceteros artifices*; de ling. lat. X 64 *quae observant in aedificiis et signis faciendis ceterisque rebus artifices.* Plin. ep. I 10, 4 *ut enim de pictore scalptore fictore nisi artifex iudicare, ita nisi sapiens non potest perspicere sapientem.* Vulg. III reg. 7, 14 *artificem aerarium.* Vitr. V 4, 4 *artifices, qui organa faciunt.* VIII 6, 11 *exemplar ab artificibus plumbariis possumus accipere.* Plin. nat. hist. V, 76 *Sidon artifex vitri*; cf. Thes. ling. lat. II 698 sq.). Vitruvius (de archit. VI praef. 7) architecturam cum fullonis et sutoris artibus non eodem loco habet eo, quod maiorem praebeat difficultatem, et contra in Codice Theo-

---

[1]) Marquardt, Privatleben p. 607 *Die Identification von Kunst und Handwerk geschah bei Griechen und Römern im wesentlichen in verschiedener Weise: bei den Griechen ist jedes Handwerk eine Kunst, bei den Römern jede Kunst ein Handwerk.*

dosiano (XIII 4, 2) architecti, pictores, sculptores, statuarii in opificum numero sunt.[1])

Qua interpretatione exhibita etsi qui homines proprie et vere nominentur opifices constare videtur, tamen potest dubitari an finibus, ut ita dicam, propagatis nonnulli homines in quaestu comparando occupati iure opificum nomini adiciantur. quattuor genera, ut modo dictum est, sunt quaestus; cum et primum (agricultura) et secundum genus (mercatura, negotiatio) satis magno spatio distent a tertio[2]), non aeque quartum a tertio disiungi potest. Quartum genus quaestum mercennarium et conducticium continet; quaestum conducticium habent, qui locando ex rebus suis (ex insulis, balneis, tabernis, servis) fructum capiunt, quos cum a negotiatoribus non multum differant, hoc loco praeterimus. mercennarii sunt, quorum artes et operae, ut ait Cicero de off. I 150, emuntur. artes fuisse partim liberales partim illiberales notum est; liberales quae sint nemo ignorat[3]), illiberales sunt artes ludicrae, *quae ad voluptatem aurium et oculorum tendunt* (Seneca ep. 88, 22), ut artes histrionum, mimorum, funambulorum, pilariorum (Cic. de off. I 150 *saltatores totumque ludum talarium*; CIL VI 10114 *scaenici artifices*, cf. Thes. ling. lat. II 699 sq.). reliqui sunt, quorum operae emuntur, qui artes vulgares et sordidas exercent, operarii, mercennarii, merceditui, ut baioli, saccarii, coqui, vecturarii,

---

[1]) quare non tota probanda est haec apud Forcellinium nota: *artifex et opifex differunt inter se; hic enim dicitur de eo, qui artem mechanicam exercet, alter contra, qui artem liberalem.*

[2]) omnes fere opifices res a se fabricatas ipsos vendere solitos esse notum est et nonnulla nomina ut vestiarii, vascularii et mercatorem et opificem significant. sed plerumque ei, qui magis mercando quam fabricando operam dant, negotiatores se appellant; reliquos, qui id non faciunt, in utroquo negotio versatos esse verisimile est. De tabernariis infra pauca dicentur.

[3]) architecturam in earum numero habitam esse Cicero de off. I 151 tradidit.

caupones, popinarii, tonsores. eo in numero nonnulli sunt, qui cum simili ratione atque opifices negotium suum exerceant, proxime ad eos accedunt; haud multum enim interest inter coquum mercennarium, qui cibis comparatis pretium operae accipit, et sartorem, cui vestimento ex mandato confecto merces solvitur.

Qui homines in opificum nomine contineantur, ex eis, quae adhuc dicta sunt, apparere censeo; iam priusquam quae opificum Romanorum condicio fuerit consideramus, paucis quid iudicaverint Graeci de opificibus et opificiis demonstrari opus est; qua de causa hoc faciamus infra videre licebit.

Omitto pluribus docere aliam fuisse opificum condicionem Homeri Hesiodique temporibus, aliam Periclis aetate; eo tempore, quo adeo florebat res publica Atheniensium opibus auctoritate gloria, ut per septuaginta fere annos principatum Graeciae obtineret, deinde quamvis bello gravissimo fracta mox ex clade recrearetur, omnes fere Graecos aeque despexisse ordinem opificum scriptores testes sunt. tribus potissimum causis factum est, ut opifices parum honesta fama apud ceteros uterentur, prima, quod mercede operam suam aliis locantes quasi in servitutem quandam se dare existimabantur. turpe enim et viro ingenuo parum dignum censebant ea, quae vitae usui necessaria sunt, cotidiano labore aegre sibi comparare, et eorum libertas imminui videbatur, qui nisi aliorum gratia et voluntate victum non haberent[1]. itaque artem aliquam animi causa amplecti viro ingenuo dignum, eandem artem mercedis causa in aliorum usum exercere libero homine indignum, quin etiam sordidum erat et, qui rei familiaris inopia hoc facere cogebantur, eorum ratio vivendi et agendi humilis erat et a servili con-

---

[1]) Arist. rhetor. I 9, 27 [*ἐλευθέρου σημεῖον*] *τὸ μηδεμίαν ἐργάζεσθαι βάναυσον τέχνην· ἐλευθέρου γὰρ τὸ μὴ πρὸς ἄλλον ζῆν.*

dicione non ita longe aberat.[1]) quare opifices nominabantur *ἀνελεύθεροι* (Plutarch. Pericl. 1) et *ἀνδραποδώδεις* (Xenoph. Memorab. IV 2, 22) et Plato de re publ. III 405 a *τοὺς φαύλους καὶ χειροτέχνας* opponit *τοῖς ἐν ἐλευθέρῳ σχήματι τεθραμμένοις.* ei, qui in officinis servos et operarios alebant ad artem aliquam exercendam, quamquam non minus quam illi mercede victum quaerebant, tamen non eodem loco quo illi habebantur, cum ipsi manum ad opus non admoverent. et non modo opifices et operarii (*θῆτες*), qui mercede conducebantur ad suscipienda opera servilia, sed etiam ei, qui liberalem artem non animi excolendi aut delectandi sed mercedis quaerendae causa exercebant, mala apud omnes fama utebantur. quamquam Graecos non fugiebat interesse aliquid inter liberales et illiberales artes, tamen ne amplissimos quidem artifices omni illiberalitatis ignominia vacare putabant[2]); itaque vel praestantissimi pictores et statuarii in unum ordinem rediguntur cum infimis opificibus[3]) et eodem quo illi nomine *χειροτέχναι* vel *δημιουργοί* appellantur; atque Polygnotus *βάναυσος* non esse dicitur eo, quod arte sua exercenda non sibi mercedem sed urbi honorem quaesiverit.[4])

---

1) Aristot. polit. III 2, 8 *δούλου δ' εἴδη πλείω λέγομεν· ὧν ἓν μέρος κατέχουσιν οἱ χερνῆτες· οὗτοι δ' εἰσὶν, ὥσπερ σημαίνει καὶ τοὔνομ' αὐτούς, οἱ ζῶντες ἀπὸ τῶν χειρῶν, ἐν οἷς ὁ βάναυσος τεχνίτης ἐστίν.*

2) Plato de re publ. VII 522 b *αἵ τε γὰρ τέχναι βάναυσοί που ἅπασαι ἔδοξαν εἶναι.* Plutarch. Pericl. 2 *πολλάκις χαίροντες τῷ ἔργῳ τοῦ δημιουργοῦ καταφρονοῦμεν.* Lucian. somn. 9 *εἰ δὲ καὶ Φειδίας ἢ Πολύκλειτος γένοιο — βάναυσος καὶ χειρῶναξ καὶ ἀποχειροβίωτος νομισθήσῃ.*

3) Plato Alcibiad. II 140 b *σκυτοτόμους καὶ τέκτονας καὶ ἀνδριαντοποιοὺς καὶ ἑτέρους παμπληθεῖς δημιουργούς.*

4) Plutarch. Cim. 4 *ὁ δὲ Πολύγνωτος οὐκ ἦν τῶν βαναύσων οὐδ' ἀπ' ἐργολαβίας ἔγραφε τὴν στοὰν ἀλλὰ προῖκα φιλοτιμούμενος πρὸς τὴν πόλιν.*

Deinde opificibus opprobrio erat, quod prae negotiis victusque comparandi contentione non satis vacarent rebus publicis. Graecorum civitatibus in libertatem vindicatis omnium civium summum officium erat et libertatem fortiter tueri et civitatem legibus prudenter moderari; itaque quo quis melior civis existimari volebat, eo magis otio ei opus erat, ut in muneribus publicis versari posset.[1]) at opifices, quippe qui victus quaerendi causa omne tempus consumerent in opificiis exercendis neque ea praestare possent officia, in quibus exsequendis civis honos positus est, boni cives esse non posse existimabantur; qua de causa in numero eorum, qui rei publicae quam optime et sapientissime constituendae dabant operam, fuerunt, qui opifices omnibus civium muneribus excludendos esse censerent[2]); atque etiam in compluribus Graeciae civitatibus lege praescriptum erat, ne quis civis opificia tractaret.[3])

Denique — haec est tertia causa, cur opifices despiciantur — assiduo labore opificum corpora attenuari et animi vires hebetari putabantur. viri boni et fortis erat quam maxime corpus corroborare et omnibus viribus eam expetere pulchritudinem, quam cum animi virtute coniunctam in homine vere ingenuo et perfecto quaerendam esse Graeci existimabant. quam corporis et animi virtutem nunquam opifices assecuturi esse videbantur;

---

[1]) Aristot. polit. II 6, 2 *δεῖ τῇ μελλούσῃ καλῶς πολιτεύεσθαι [πολιτείᾳ] τὴν τῶν ἀναγκαίων ὑπάρχειν σχολήν.*

[2]) Aristot. pol. III 3, 2 *ἡ βελτίστη πόλις οὐ ποιήσει βάναυσον πολίτην. εἰ δὲ καὶ οὗτος πολίτης, ἀλλὰ πολίτου ἀρετὴν ἣν εἴπομεν λεκτέον οὐ παντὸς, οὐδ᾽ ἐλευθέρου μόνον, ἀλλ᾽ ὅσοι τῶν ἔργων εἰσὶν ἀφειμένοι τῶν ἀναγκαίων.* Plato de leg. VIII 846 d *μηδεὶς ἐπιχώριος ἔστω τῶν περὶ τὰ δημιουργικὰ τεχνήματα διαπονούντων.*

[3]) Xenoph. Oeconom. 4, 3 *καὶ ἐν ἐνίαις μὲν τῶν πόλεων μάλιστα δέ ἐν ταῖς εὐπολέμοις δοκούσαις εἶναι οὐδ᾽ ἔξεστι τῶν πολιτῶν οὐδενὶ βαναυσικὰς τέχνας ἐργάζεσθαι.*

qui enim fieri poterat, ut eis, qui maximam partem ipsa opificii ratione coacti erant non modo domi se continere sed etiam in sellulis sedentes vitam degere, corpora in gymnasiis exercere et corroborare liceret?[1]) quin etiam adeo opificia corporis vires frangere videbantur, ut qui ea tractarent ob corporum infirmitatem idonei non esse existimarentur, qui pro patria defendenda arma ferrent.

Atque cum corpore simul ingenii vires debilitari putabant; nam cum eos, qui corporis infirmitate laborarent, nihil magni cogitare posse tum eos, quorum cogitationes in dies conversae essent in opificia exercenda, quorum cupiditates nihil expeterent nisi sordidum quaestum, eos non iam posse animos tollere ad virtutem et res honestas appetendas[2]); notum est hanc opificum condicionem illiberalem et a viro ingenuo alienam non sine aliquo contemptu Graecos dixisse *βαναυσίαν* et non modo eos *βαναύσους* appellatos esse, qui artibus sordidis et illiberalibus darent operam, sed etiam illos, qui ob morum ruditatem et animi inscientiam contemnendi esse viderentur. quid quod artifices et poetae adeo communi omnium de opificibus existimationi se accomodabant, ut Vulcanum ut opificum patronum claudum et deformem fingerent (Hom. Il. XIV 239. XVIII 371. Od. VIII 308)?

Quae cum ita sint, mirandum non est, quod opificia, quae Homeri et Hesiodi aetate ab hominibus liberis atque etiam nobilibus sine ullo opprobrio exercebantur[3]), rerum

---

[1]) Xenoph. Oeconom. 4, 2 [*αἱ βαναυσικαὶ τέχναι*] *καταλυμαίνονται τὰ σώματα τῶν ἐργαζομένων καὶ τῶν ἐπιμελομένων ἀναγκάζουσαι καθῆσθαι καὶ σκιατραφεῖσθαι.*

[2]) Aristot. pol. III 3, 4 *οὐ γὰρ οἷόν τ᾽ ἐπιτηδεῦσαι τὰ τῆς ἀρετῆς ζῶντα βίον βάναυσον ἢ θητικόν.*

[3]) Hesiod. op. et dies 311 *ἔργον δ᾽ οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ᾽ ὄνειδος.* Ulixem fabri navalis et materiarii artes exercentem Od. V 243. XXIII 189 et Paridem domum suam aedificantem Il. VI 314 Homerus fingit.

et publicarum et privatarum condicione commutata non modo optimatium iudicio et potestate sed etiam philosophorum auctoritate detrectata magis magisque ab hominibus liberis repudiata et manibus servorum, inquilinorum reliquorumque ordinis inferioris hominum commissa sunt, quamquam tyranni et legum latores inprimis Solon[1]) id egerunt, ut legibus et edictis opificia augerent et adiuvarent et ignominiae notam opificibus quasi inustam delerent.[2]) omitto commemorare in nonnullis oppidis maritimis (Corinthi[3]), Mileti) opificum ordinem in eodem honore quo reliquos ordines fuisse et contra in aliis quibusdam civitatibus (apud Lacedaemonios, Thespienses, Epidamnios) nemini civium per leges licuisse opificio exercendo victum quaerere: in plurimis Graecorum civitatibus inquilinos maximam partem versatos esse in opificiis tractandis, tamen cives non plane illis abstinuisse constat.

Quamquam ad opificum Romanorum condicionem non pertinere videtur quid Graeci iudicaverint de opificiis, tamen pluribus haec res tractata est, quod non nihil interest exemplis allatis probare eandem subisse infamiam opifices Graecos atque Romanos neque tamen eisdem de causis Romanos ingenuos esse adductos, ut contemnerent et repudiarent opificia. cum enim fuerint scriptores Graeci (inprimis Xenophontem, Platonem, Aristotelem dico), qui aliquantum interesse censerent quaerere cum quae opificum esset condicio et fama tum quantum

---

1) Plutarch. Sol. 22 *πρὸς τὰς τέχνας ἔτρεψε τοὺς πολίτας καὶ νόμον ἔγραψε υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ εἶναι . . . . . . ταῖς τέχναις ἀξίωμα περιέθηκε.*

2) Athenis lex erat *ἔνοχον εἶναι τῇ κατηγορίᾳ τὸν τὴν ἐργασίαν τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ τῶν πολιτῶν ἢ τῶν πολιτίδων ὀνειδίζοντά τινι* (Demosth. LVII 30) et licebat litem ei intendere, qui per inertiam vitam degeret; cf. Pauly-Wissowa R. E. II 717.

3) Herod. II 167.

illi praestare possent in re publica gerenda, satis multis eorum testimoniis demonstrare licet quid de hac re censuerint.[1]) At a scriptoribus Romanis, quorum quidem libri ad nostram aetatem venerint, alienum erat considerare animo quae esset inferioris illius ordinis condicio quantumque valerent in re publica; itaque perquam raro occasione data eorum mentionem faciunt. et atellanae, mimi, fabulae tabernariae, in quibus inprimis homines inferioris ordinis inductos esse notum est, perpaucis versibus relictis perierunt, id quod valde dolendum est, cum fabulas illas maxime idoneas futuras fuisse appareat, quibus qua usi sint opifices condicione et fama certiores fiamus.

Atque si quid Romani liberae rei publicae aetate exeunte et posteris temporibus existimaverint de opificibus nunc quaerimus, idem quod Graeci primum illis crimini dant: viro vere ingenuo et liberali ignominiae esse cum in quaestu faciendo operam ipsum locare[2]) tum cotidiano labore aegre victum necessarium sibi comparare, cum qui hoc faciant recte servorum loco habeantur, quippe qui aliorum voluntati subiecti et obnoxii sint.[3]) quare sordida sunt opificum negotia et contemnenda[4]) et non modo eis ipsis, qui tractant, sed etiam liberis

---

[1]) Frohberger, De opificum apud veteres Graecos condicione dissertatio. progr. Grimm. 1866. C. F. Hermann, Griech. Antiqu. IV 389 sq. Drumann, Arbeiter u. Communisten in Griechenland und Rom. Königsberg 1860.

[2]) Liv. XXI 63, 4 quaestus omnis patribus indecorus visus.

[3]) Cicero de off. I 150 est enim ipsa merces auctoramentum servitutis. Sallust. Cat. 50, 1 opifices atque servitia. Liv. XXII 25, 19 lanii ars — servile ministerium.

[4]) Cicero de off. I 150 sordidi quaestus mercennariorum omnium, quorum operae non quorum artes emuntur. . . . opifices omnes in sordida arte versantur. Seneca ep. 88, 21 [artes opificum] vulgares et sordidae. Cic. pro Flacco 18 opifices et tabernarios atque illam omnem faecem.

eorum ignominiae maculam inferunt, ut C. Terentius Varro anno a. C. n. 216 consul factus permultis non probatus est; dicebatur enim *loco non modo humili sed etiam sordido ortus esse,* quod pater lanius erat (Liv. XXII 25, 19); eadem de causa filiam opificis virginem Vestalem capi fas non erat.[1]) ante Marii aetatem opifices digni non habebantur, qui in legione stipendia facerent, et nulla alia re nisi rerum augustiis factum est, ut anno a. C. n. 329 illius ordinis homines conscriberentur milites.[2])

At cum apud Graecos ne ii quidem, qui artes liberales mercedis causa exercebant, ignominiam *τῆς βαναυσίας* omnino vitare possent, Romani eorum negotia non tam inhonesta esse existimabant quam opificum, quod illi non lucri ipsius causa opus facere viderentur sed mercede data quasi gratia persolveretur ei, qui opus perfecisset.[3])

Ne multa, hominis Romani vere ingenui est nullis negotiis operam dare nisi honestis; omnium autem honestissimum et libero homine dignissimum negotium ex antiquissimis temporibus a Romanis agricultura laudata est[4]); haec habebatur optima militum educatrix et virtutis

---

[1]) Gellius I 12, 5 [virginem negaverunt fas esse capi,] cuius parentes alter ambove servitutem servierunt aut in negotio sordido versantur.

[2]) Liv. VIII 20, 3 Mamercinus scribere exercitum sine ulla vacationis venia [iussus est]; quin opificum quoque vulgus et sellularii minime militiae idoneum genus exciti dicuntur.

[3]) Cicero de off. I 151 quibus autem artibus aut prudentia maior inest aut non mediocris utilitas quaeritur ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, eae sunt iis, quorum ordini conveniunt, honestae. Dig. XI 6, 1 pr. non crediderunt veteres inter talem personam [et eum qui eam adhibeat] locationem et conductionem esse, sed magis operam beneficii causa praeberi et id, quod datur, ei ad remunerandum dari et inde honorarium appellari; cf. Mommsen CIL VIII suppl. 1 p. 1337 de agrimensoribus.

[4]) Dion. Hal. ant. II 28 *δύο δὲ μόνα τοῖς ἐλευθέροις ἐπιτηδεύματα καταλείπεται τὰ κατὰ γεωργίαν καὶ τὰ κατὰ πολέ-*

adiutrix[1]), quam artem vel amplissimi viri nullo opprobrio exercebant.[2]) quanta oblectamenta, quantas utilitates honestum illud agri colendi studium praebeat Ciceronem in libello, qui inscribitur Cato maior (51—54), diserte et copiose praedicare notum est. Sed quamquam Ciceronis aetate fuerunt nonnulli viri illustres, qui otio ita fruebantur, ut in levioribus et iucundis negotiis agriculturae ipsi versarentur, tamen iam pridem talis et morum et rerum commutatio facta erat, ut etiam agris colendis ipsum dare operam sordidum negotium esse existimaretur[3]) et contemnerentur ei, quorum *res fidesque in manibus sitae essent* (Sallust. Iug. 73, 6), ut quorum negotium omnino abhorreret ab honesta et ingenua condicione.[4]) Honeste vivere putabantur, quibus tanta res familiaris

---

μους. Cic. de off. I 151 omnium autem rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Cato de agricult. praef.: virum bonum quom laudabant maiores nostri, ita laudabant bonum agricolam bonumque colonum. amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Columella de re rust. I praef. [res rustica] quam maiorum nostrorum optimus quisque optime tractaverit .... superest ut dixi unum genus liberale et ingenuum rei familiaris augendae, quod ex agricolatione contingit.

[1]) Cato de agr. praef. ex agricolis et viri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur. . . . . minimeque male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt. Columella de re rust. I praef. vera illa Romuli proles agrestibus operibus exercitata firmissimis praevaluit corporibus ac militiam belli, cum res postulavit, facile sustinuit durata pacis laboribus.

[2]) Plin. nat. hist. XVIII 19 ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri ut fas est credere gaudente terra vomere laureato et triumphali aratore. Cicero Cato maior 56 in agris tum erant senatores.

[3]) Columella de re rust. I praef. confirmata iam vulgaris existimatio rem rusticam sordidum opus.

[4]) Seneca ep. 88, 21 [opificum artes] in quibus nulla decoris nulla honesti simulatio est. Cic. de off. I 150 neque enim quicquam ingenuum habere potest officina.

esset, ut nulla victus cotidiani cura sollicitati[1]) *otium cum dignitate* (Cicero pro Sestio 98) gererent; neque tamen honesti illi viri quicquam praetermittebant, quin opes suas augerent. quis est quin sciat, quanta avaritia et pecuniae cupiditate multi magistratus Romani acti sint, ut in provinciis suis rebus consulerent secuti illud Horatii: *quaerenda pecunia primum est, virtus post nummos* (ep. I 1, 53); et cum opificibus et tabernariis crimini daretur, quod eis *lucri bonus esset odor ex re qualibet* (Juvenal. XIV 200), etiamsi modicum quaestum quaerebant[2]), ne nobiles quidem homines et divites ab honestate abhorrere censebant sordidissimam quaestus faciendi rationem[3]), dummodo ipsi manum ad opus non admoverent et servorum et libertinorum manibus illa committerent.[4]) eadem de causa ei, qui in officinis multos servos alicuius opificii peritos alebant et ex eorum labore fructum percipiebant, unde laute viverent, minime vituperabantur.

Quae praeterea Graeci vituperare solebant opifices non satis vacare rebus publicis et eorum corpora et animos attenuari assiduo labore, ea Romanos neglegere videmus; Romanis persuasum erat illos homines in servili ministerio occupatos nihil posse in re publica.[5])

Omnibus his viris, quorum verba commemorata sunt, necessitudines cum humili opificum ordine intercesserunt

---

[1]) Cic. pro Sestio 97 optimates sunt, qui neque nocentes sunt nec natura improbi nec furiosi nec malis domesticis impediti.

[2]) Plin. nat. hist. XVIII 225.

[3]) Dig. V 3, 27, 1 sed et pensiones, quae ex locationibus praediorum urbanorum perceptae sunt, venient licet a lupanario perceptae sint; nam et in multorum honestorum virorum praediis lupanaria exercentur.

[4]) haec Cicero de off. I 151 de mercatura: *mercatura si tenuis est, sordida putanda est, sin magna et copiosa — videtur iure optimo posse laudari.*

[5]) Cic. pro Flacco 18 opifices et tabernarios atque illam omnem faecem quid est negotii concitare?

nullae et vix mirandum est eis, qui nihil nisi rei publicae gerendae operam vel forense negotium honestum et viro nobili dignum esse existimabant, qui per otium in studiis philosophis et rhetoricis versabantur nulla victus quaerendi cura excitati, *quorum vita perspecta in rebus magnis et honestis erat* (Cicero de off. I 149), eos contemnendos esse visos, qui molesto labore vexati vitam aegre sustinebant. probitatem opificis quamvis sordidum opus exercentis dignam esse, quae magni aestimetur, non cognovisse videntur. neque tamen nobiles tantum et divites ita animo affecti erant, sed omnium consensu tam parvi aestimabantur, quibus in manu quaestus constabat; atque cum, quae honores non afferunt, ab hominibus honestis non appetantur, mirandum non est opificia magis magisque ab ingenuis repudiata et infimis populi ordinibus commissa esse. sed cum vix credibile sit omnibus temporibus idem Romanos iudicasse de opificibus, paucis quaeramus quomodo factum sit, ut adeo opificum contemptio ingravesceret et simul — id quod eodem spectat — qui homines olim, qui postea in opificiis exercendis occupati fuerint.

De antiquissimis temporibus quae traduntur, fabulosa aut in coniecturis posita sunt; omnes enim res, quarum origines obscurae erant, veteres viro cuidam antiquitus laudato attribuere solebant, ut collegia opificum a Numa rege condita esse dicebantur (Plutarch. Numa 17).

Atque primum nequaquam eis fides habenda est, qui lege vel edicto magistratus cuiusdam antiquo tempore uni atque certo civium ordini aut parvo hominum numero opificia exercenda commissa esse censuerunt. Dionysius Halicarnassensis ant. II 9 memoriae tradidit Romulum plebeis[1]), idem II 28 Numam inquilinis et servis opificia

---

[1]) *διέταττεν |ὁ Ῥωμύλος| ἃ χρὴ πράττειν ἑκατέρους· τοὺς μὲν εὐπατρίδας ἱερᾶσθαί τε καὶ ἄρχειν . . . . τοὺς δὲ δημοτικοὺς γεωργεῖν δὲ καὶ κτηνοτροφεῖν καὶ τὰς χρηματοποιοὺς ἐργάζεσθαι τέχνας.*

exercenda mandavisse[1]); mirum non est Dionysium, quippe qui II 8 ordines ita ortos esse existimet, ut Romulus patricios et plebeios discreverit, simili ratione opificiorum orginem factam esse censere. tales res natura oriri non legibus constitui apparet; praeterea plebeios inprimis in agris colendis versatos esse, satis multi scriptores testes sunt.[2]) nonnulli scriptores nostrae aetatis opificia tractanda penes clientes (Niebuhr, Röm. Gesch. I 652. 661. Schwegler, Röm. Gesch. I 641) et libertinos (Lange, Röm. Altertümer I 248) fuisse arbitrati sunt; sed cum neque hoc neque illud certis argumentis firmari possit, res in dubio relinquenda est. Credibile est fuisse tempus, quo omnes Romani agriculturae operam darent et omnes artes, quae postea opificum erant, intra familiam exercerentur; sed urbe condita et magna hominum multitudine in eam coacta fieri non iam potuit, ut omnes urbani agros colerent et iterum omnes res vitae usui necessariae domi fabricarentur. nec defuerunt, qui opificum munera obituri essent. patricios nullo modo adductos esse, ut opificis condicionem ferrent, facile intellegitur; cognatorum divitum et amicorum auxilio cum res postulabat alebantur. at cives liberi ordinis plebei, qui aliquo modo agros patrios amiserant, ut vitam tolerarent, aliquam quaestus faciendi rationem sibi eligere coacti erant. ac tantum abest, ut constet cives pristino tempore aut lege aut more iussos esse talem quaestus faciendi rationem fugere[3]), ut

---

[1]) *ἐπιδιφρίους μὲν καὶ βαναύσους καὶ προςαγωγοὺς ἐπιθυμιῶν αἰσχρῶν τέχνας δούλοις καὶ ξένοις ἀπέδωκε μεθοδεύειν.*

[2]) Dionys. Hal. IV 12. 38. VII 58. Varro de re rust. II praef. 1. Macrob. sat. I 16, 34.

[3]) ut arbitrati sunt et Dionysius Hal. (IX 25 *οὐδενὶ γὰρ ἐξῆν Ῥωμαίων οὔτε κάπηλον οὔτε χειροτέχνην βίον ἔχειν*) et Niebuhr (Röm. Gesch. I 653 *Die alte römische Plebs bestand aus Landwirten und Feldarbeitern und wenn auch Vermögensverlust manche ihres Erbes beraubte, fand sich doch keiner unter ihnen, der sich durch ein anderes Gewerbe nährte, ebensowenig durch Handel als durch Handwerk*).

etiam ignoremus sintne iam tum cives liberi in opificio exercendo occupati minore honore usi quam qui agros colebant.[1]) praeterea in opificum numero fuerunt clientes et libertini, nam qui patria relicta peregre Romam migraverant, nisi in clientelam recepti a patronis agros colendos accipiebant, vernacula sua negotia exercebant et novis ignotisque adhuc rebus fabricandis necessitati inserviebant et quaestum reperiebant. denique etiam nonnulli servi manumissi, quam artem antea in patria inter suos exercuerant vel in vinculis didicerant, eam nunc inter cives profitebantur. tamen eorum numerum non ita magnum fuisse censeas; servi enim, quos paucos antiquo tempore Romae fuisse notum est, satis occupati erant in agris colendis et domesticis negotiis agendis nec ut postea saepe factum est multi extra familiam aut sibi aut dominis aliqua quaestus ratione lucrum faciebant. itaque cum non tantus opificum numerus quantus postea servilis originis esset, opificia pristinis temporibus minus sordida et abiecta quam Ciceronis aetate visa esse censeo.

Progrediente liberae rei publicae aetate ut omnium rerum et privatarum et publicarum magna commutatio facta est, ita opificum condicio et fama non eaedem manserunt atque antea. atque cum neque leges neque edicta impedirent, quominus non modo opificia crescerent, sed etiam honore et bona fama opifices uterentur, ingenti servorum multitudine Romam coacta inprimis factum est, ut opificum condiciones semper inferiores fierent.[2]) Multis

[1]) si scriptoribus fides habenda est, opifices in exercitu satis magno honore usi sunt; fabros enim Livius I 43, 3 et Cicero de re publ. II 39 cum primae, Dionysius Hal. IV 17, 3 cum secundae classis civibus suffragium tulisse narrant. Mommsen Röm. Gesch. I 693 in eodem honore tum fuisse censet, qui gladium fabricaret quo qui gereret.

[2]) Uberius de hac re egit Theodorus Mommsen, Röm. Gesch. I 445.

bellis cum exteris gentibus gestis numerus servorum mirum quantum auctus est[1]); multi tantae servorum turbae imperabant, ut non modo, quae vitae necessitati, sed etiam, quae luxuriae inserviunt, intra familiam eis fierent; Verres, ut apud Ciceronem scriptum videmus (in Verr. II 4, 54), caelatores et vascularios complures ipse habebat, et in familia Augusti reperiuntur pavimentarii, pictores, speculariarii, aurifices, fabri argentarii. alii, quibus argillae aut silvae aut montes lucrum offerebant, ita ut magnam servorum turbam ad unam artem traducerent, alii, cum in officinis multos servos unius opificii peritos alerent, ex eorum labore fructum percipiebant. sed cum fieri non posset, ut omnes servi hoc modo intra familiam opus facerent pro dominis, multi permittebant servis suis, ut extra familiam eam quam didicissent artem in usum et necessitatem omnium exercerent, cum partem quaestus ita comparati sibi vindicarent. eodemque modo maxima pars manumissorum habebatur, quorum quantus fuerit numerus intellegemus, si Augusti aetate civi Romano licuisse centum servos manumittere animo reputaverimus. et quae alia vivendi ratio eis relinquebatur, cum fieri non posset, ut omnes libertini negotiis domesticis fungerentur? cum praeterea multae artes novae per captivos et peregrinos Romae divulgarentur, opificiorum genera et rationes maxime amplificata esse apparet; at quis miretur viros ingenuos puduisse cum servis et libertinis eodem loco haberi et nisi si quem necessitas aut avaritia agitaret, multos *panem gradilem accipere* (Cod. Theodos. XIV 17, 2) et miserrimam vitam degere vel odiosa clientis officia subire maluisse quam ad servile officinae ministerium descendere, praesertim cum simul philosophi auctores essent maxime convenire viro ingenuo

---

[1]) Strabo XIV 5, 2 *πλούσιοι γενόμενοι Ῥωμαῖοι μετὰ τὴν Καρχηδόνος καὶ Κορίνθου κατασκαφὴν οἰκετείαις ἐχρῶντο πολλαῖς.*

et liberali otiose vivere. sed cum notum sit quantus fuerit exeunte septimo a. u. c. saeculo numerus eorum, qui agris patriis privati, cum ne mercennarii quidem novis dominis servire possent, Romam migrarent, ut ibi victum haberent, et eorum, qui in ipsa urbe miserrimam vitam viverent, dubium non est quin Ciceronis aetate et postea non modo servi et libertini sed etiam ingenui multi in exercendis opificiis occupati fuerint.

Cum iam supra dictum sit scriptores Romanos opificum condicionis mentionem aut omnino nullam inicere aut quasi in praetereundo eam tangere, cum parum perspicerent quanta necessitudo intercederet inter rei publicae salutem et inferiorum populi partium condicionem, quae fuerit condicio privata opificum quaesituro non libri scriptorum sed inscriptiones inprimis adeundae sunt, quae quamquam satis magnam copiam quaerenti praebere videntur, tamen saepe quaerentes nos destituunt, cum aut certis temporum indiciis careant[1]) aut de eius quem nominant condicione — fueritne ingenuus libertinus servus, collegiatus necne — nihil testentur.

Maximi nimirum pretii sunt eorum opificum tituli, qui ordinem suum ipsi indicant, quales sunt ingenuorum, qui patrem nominant, CIL XI 4236 *A. Salienus A. f. Clu. Gallus faber ferrarius* et V 5919 *C. Atilius C. f. Iustus sutor caligarius*, et libertinorum tituli, in quibus, ut antiquitus mos est, nomen manumissoris apparet, VI 7814 *L. Valerius L. l. Pharnaces marmorarius subaedanus* et VI 7655 *Sex. Clodius Sex. l. Amoenus eborarius.*

Minus facile cognoscitur, quorum servorum tituli huc spectent; excludendi sunt servi, quibus officium est,

---

[1]) interdum ea, quae latent in occulto, aliis indiciis illustrare licet; sic omnes tituli, qui in monumento Volusiorum continentur, inter annos circiter p. C. n. XL et LX incisi sunt, ut Mommsen docuit CIL VI p. 1044.

ut uni homini (domino) vel complurium hominum certo numero (familiae) opificii sui opera praebeant aut qui in domo vel praedio vel metallis domini materiam eis praebitam tractant, cum quaestus non ad ipsos sed ad dominum redeat.[1]) ad nostram quaestionem ei tantum servi pertinent, quibus licet extra familiam non singulorum sed — haec est summa rei — communi necessitati et usui opificio tractando subvenire quaestu plerumque ipsis permisso et qui suo arbitrio ad illam vitae rationem se contulerunt.[2]) eius modi igitur titulos, quales sunt VI 9002 b *Stephano Actes n(ostrae) pistori* et XI 4753 *Vinisius C. Massilii Saturnini structor* similesque libertinorum praetermittendos esse perspicuum est, cum nomine domini apposito illos eius solius commodis praesto fuisse appareat.[3]) accedunt huc servorum tituli in monumentis reperti, quae libertinos et servos unius familiae contineant, quamquam non semper eos intra familiam tantum opificium exercuisse constat; notum est enim plerumque omnes eiusdem familiae servos et libertinos in eodem monumento sepultos esse etiamsi non omnes domi fuerant.

Eis quos dixi titulis expeditis satis magnus numerus relinquitur eorum, qui duo vel tria nomina exhibent ordine hominum non indicato. iam exeunte liberae rei publicae aetate non tam diligenter quam antea singulos ordines nominum ratione significatos esse notum est; imperante Augusto, ut Theodori Mommsen fidem sequamur (in Herm.

---

[1]) huc pertinent omnes, qui exercitui attributi sunt (fabricenses) et qui sub procuratoribus imperatorum sunt (monetarii, aurarii).

[2]) peculium habere servis permissum esse constat (Dig. XV 1, 5, 4).

[3]) multis libertis Augusti hoc fuisse negotium, ut servis intra domum Augustam opificium exercentibus praeessent, cum alii tum hi tituli testimonio sunt: VI 8648 *praepositus opificibus domus Augustianae*; 8659 *praepos. speclariarior. dom. Palat.* 9054 *praepos. tabernaculorum*; 42 *praepos. monetae.*

II 157), nominum usus lege ita constitutus erat, ut inde aliquamdiu homines libertini ordinis tribus nominibus vocarentur; quorum qui gentili nomine Romano et cognomine Graeco utuntur, ipsos servitutem serviisse existimandum est, sed libertini ut ab initio in re publica ad eosdem quos ingenui habebant honores contendebant, ita nominibus eos adaequare studebant, cum pro servili nomine suo cognomen Romanum illi simile sibi inderent[1]), et filii eorum ita delebant indicia originis, ut et cognomine Romano uterentur et patroni nomine omisso patris praenomen adderent.[2]) praeter filios et nepotes libertinorum, qui eo tempore, ad quod inscriptionum maxima pars pertinet, iam ab ingenuis non distinguuntur, in numero eorum, qui tribus nominibus vocantur, omnes liberi homines originis peregrinae sunt, qui nominibus partim Romanis partim patriis vocantur.

Priusquam ad ipsam inscriptionum recensionem accedam, paucis commemorandum duco, quibus libris nuper editis in dissertatione conscribenda usus sim. In primis nominandus est J. P. Waltzing (*Étude historique sur les corporations professionelles chez les Romains, Louvain 1895*), qui omnibus inscriptionum et scriptorum testimoniis collectis de collegiorum origne et natura quattuor volumina composuit, quam materiam paucis annis ante Guilelmus Liebenam (*Zur Geschichte und Organisation des römischen Vereinswesens, Leipzig 1890*) et antea Theodorus Mommsen (*De collegiis et sodaliciis Romanorum, Kiel 1843*) tractaverant. De opificiorum origine et natura Ernestus Wezel (*De opificio opificibusque apud veteres Romanos, progr.*

---

[1]) Sueton. de grammat. 18 (Reifferscheid p. 114): L. Crassitius genere Tarentinus ordinis libertini cognomine Pasicles mox Pansam se transnominavit. Martial. VI 17, 1: Cinnam, Cinname, te iubes vocari.

[2]) CIL I 582 *C. Sergius M. filius Vel. Mena* filius libertini est.

Berol. 1881) et Hugo Blümner (*Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste bei Griechen und Römern, Leipzig 1875*) egerunt; quae fuerint opificum apud Romanos condicio et aestimatio, Guilelmus Drumann (*Arbeiter und Kommunisten in Griechenland und Rom, Königsberg 1860*) pluribus edocuit, de servis in opificio exercendo occupatis in primis Eduardus Meyer (*Die wirtschaftliche Entwicklung des Altertums, 1895*; *Die Sklaverei im Altertum, 1898*) et Ulricus Wilcken (*Ostraka I 681—704*) disseruerunt.[1])

Inter omnes opifices et numero et auctoritate primi sunt fabri. fabros nominari omnes, qui duram materiam tractant, notum est.[2]) quod nomen ex antiquissimis temporibus prodiit; ubi enim factum est, ut non iam sibi quisque omnes res necessarias ipse fabricaret, eae artes, quibus exercendis opus erat instrumentis, a reliquis discernebantur, quae in ipsa manu maxime constabant. qui ex argilla sive cera sive aliqua molliore materia aliquid conficiebant, fictores sive figuli vocabantur. ita fabri et fictores primi erant opifices, et postea quoque haec nomina scriptores componere solent, ut opificiorum varia genera significent.[3]) mox numero opificiorum aucto, cum omnes instrumentorum usum didicissent, fieri iam non potuit,

---

[1]) Praeterea libros et commentationes adhibui Hermanni Gummeri (*Der römische Gutsbetrieb, Leipzig 1906, fünftes Beiheft der Beiträge zur alten Geschichte, herausgegeben von C. F. Lehmann-Haupt und E. Kornemann*), Roberti Pöhlmann (*Geschichte des antiken Kommunismus und Sozialismus, München 1893*), Ernesti Kornemann (in encycl. reali IV 380—480 [collegium], VI 1888—1925 [fabri]).

[2]) Isid. orig. XIX 6, 1: propter operis firmitatem.

[3]) Columella de re rust. XI 1, 9: figulus aut faber. Cod. Theod. XIII 1, 10: eos, qui manu victum rimantur aut tolerant, figulos videlicet aut fabros.

ut illis nominibus distinctio fieret omnium opificum; tamen postea quoque Romani nomine fabri utuntur, ut comprehendant omnes opifices duram materiam tractantes, quippe qui praeter ceteros instrumentis carere non possint.[1]) sed ut inter se discernerentur, fabri adiectivis appositis indicabant[2]), aut quam materiam tractandam (ut fabri tignarii, aerarii, ferrarii, aurarii, lapidarii, eborarii), aut quas res conficiendas sibi proposuissent (fabri navales, pectinarii, lectarii, limarii). hanc significationem praeferebant ei, qui variis materiae generibus utebantur (ut pectinarii, ocularii).

Neque tamen nomen fabri nude positum omnino in inscriptionibus desideratur; fabri enim vocantur collegiati collegii cuiusdam fabrum vel fabrorum, cum, ut postea pluribus demonstrabitur, in significatione collegiorum fabri et fabri tignarii non distinguantur. praeterea nonnulli tituli sunt, in quibus nomen fabri singulari numero dicitur aut dici videtur; quos titulos congestos in prima tabula composui omnes.[3])

---

[1]) Horat. ep. II 1, 96: marmoris aut eboris fabros aut aeris. Petron. satir. 51: fuit faber, qui fecit phialam vitream.

[2]) In inscriptionibus Latinis fabri adiectivo adiuncto nominatim vocantur hi:

a) *fabri tignarii* passim; *aerarius* XII 4473; *ferrarii* XI 4236. 4237. VIII 4487; *argentarii* VI 2226. 9390—9393. XII 4474. III 1652; *eborarii* VI 9397. 33423; *lapidarius* Dessau, Inscr. sel. 7676; *marmorarius* VI 9102.

b) *fabri navales* passim; *lectarii* VI 7882. XI 5439; *structurae parietariae* VI 6354; *subaediani* XII 4393. II 2211; *limarius* XII 4475; *pectinarius* V 98; *soliarius baxearius* VI 9404; *automatarius* VI 9394; *ocularius* VI 9402.

[3]) Notes quaeso in columna tertia tabulae sequentis eorum quoque servorum, qui intra familiam opificium tractaverint, titulos referri, quo facilius reliquos interpretemur.

I Fabri.

Ingen.	Libert.	Serv.
XI 2067	VI 9385	VI 3969
XI 5438	VI 9462 a	VI 4443
V 1030	X 4916	VI 4446
V 2328	VIII 12915	VI 6283
V 3306		VI 6284
		VI 6285
		VI 7405 (3)
		VI 9102
		VI 9386
		VI 9389
		V 97

tria nomina Romana exhibet titulus VI 9387, nomen gentile Romanum, cognomen Graecum exhibent tituli VI 5866. 9388. XII 1189, nomina Germanica tit. XIII 7532.

Collegi hos titulos, ut demonstrarem primum titulis servorum et libertinorum significari opifices, quibus id officium esset, ut intra domum variis fabrorum negotiis fungerentur, non modo artem tignariam exercerent, deinde in titulis ingenuorum in primam columnam collectis vocabulum fabri non esse significationem opificii sed cognomen.

Supra dixi in familiis maioribus saepe fuisse servos opificiorum peritos, ut apud Varronem scriptum videmus in praediis maioribus intra familiam rusticam fuisse fabros.[1]) eorum, qui fabri nominantur, officium erat in praedio omnia ea negotia curare, quae fabrorum esse supra dixi, in primis artes tignarii, ferrarii, lapidarii; aedificia exstruenda vel instrumenta fabricanda eis mandata non esse

---

[1]) Varro de re rust. I 16, 4: si enim a fundo longius absunt oppida aut vici, fabros parant, quos habeant in villa.

verisimile est, cum ad talia opera conficienda neque numerus neque ars servorum sufficerent, ut Cato de agr. 14 praescribit *villam novam a solo aedificandam locandam esse fabro* (externo videlicet, cum de pretio solvendo agatur). in minoribus praediis fieri non poterat, ut duobus vel tribus servis nihil nisi fabrorum munus mandaretur, cum omnium manibus opus esset in agro colendo; quare apud Varronem de re rust. I 16, 4 scriptum legimus: *itaque in hoc genus coloni potius anniversarios habent vicinos, quibus imperent, medicos fullones fabros, quos in villa suos habent — quam partem latifundi divites domesticae copiae mandare solent.* Fabri quae cotidianus poscebat usus curabant non modo in familia rustica sed etiam in urbana, et quamquam in monumento Statiliorum nonnulli servi fabri tignarii reperiuntur (VI 6363—65), tamen plerumque non tantae erant familiae, ut hic artem tignariam, ferrariam ille exerceret, sed unus servus interdum complures artes cognitas habebat. tales servi vocabantur fabri, quorum sunt tituli in columna tertia conscripti. reperti sunt VI 3969 in monumento Liviae, VI 4443. 4446 in monumento Marcellae, VI 6283—85 in monumento Statiliorum, VI 7405 in monumento C. Anni Pollionis; VI 9102 exhibet album familiae cuiusdam domesticae et reliquis VI 9386. 9389. V 97[1]) eadem interpretatio optime convenit. Cum ingenuorum tituli omnes eodem modo scripti sint, quo XI 2067 (C · PETRONIVS · SEX · F · FABER), Mommsen (CIL V p. 1199) et Liebenam (in Ruggierii Diz. epigraf. III 4) eo adducti sunt, ut illo vocabulo non opificium sed cognomen contineri opinarentur; contra eos dicit Kornemann (Pauly-Wissowa encycl. real.

---

[1]) Cum hunc titulum mutilum esse editor voluminis V non adnotet, lectionem defendo PRIMO · FABRO nec quicquam supplendum esse censeo, praesertim cum eius, qui titulum posuit, nomen servile sit.

VI 1892), cum censeat illos ingenuos ex collegiis fabrorum municipalibus esse, sed cum sint collegiati, adiectivum non apponi; at ipse concedit hanc rationem dicendi non esse usitatam, cum in XI 5439 qui posuerint titulum fabri, cui ponatur non faber sed faber lectarius nominetur, et praeterea Brixiae faber tignarius sit (V 4216), quamquam in collegio fabrum Brixiensi eum fuisse verisimile sit. eam, quam Kornemann defendit, interpretationem non sequor; primum enim titulus V 2328 eo modo non expeditur, cum Atriae, quod sciamus, collegium fabrorum non fuerit. deinde si fuerunt collegiati omnes hi ingenui, qui fit, ut nullus collegii sui mentionem faciat vel decuriam aut honorem collegialem commemoret? denique nonne maxime mirandum est inter omnes hos ingenuos ne unum quidem esse, qui cognomen apponat, cum in universo opificum ingenuorum numero (circ. 70) quattuor omnino sint, qui hoc modo cognomine omisso post patris nomen opificii significationem habeant (V 3045. XI 6367a. V 774. Notizie degli scavi 1896 p. 149). his causis commoveor, ut eandem atque Mommsen et Liebenam opinionem defendam, in quinque illis columnae primae titulis vocabulo FABER significari cognomen, et reliquos titulos omnes eodem modo interpreter, quo supra servorum.

Libertinorum titulos VI 9462a et VIII 12915 cum servorum titulis ideo licet componere, quod in hoc libertus Augusti nominatur in sepulcreto familiae imperatoris sepultus, in illo titulo inter complures ministros vitae privatae faber apparet et littera L (libertus) servilibus nominibus postea adiuncta esse videtur. et *C. Iulius Davos*, cuius est titulus VI 5866, sine dubio Augusti libertus est, praesertim cum in eadem inscriptione servus Caesaris appareat. quattuor deinde sunt, quos facile familiae domesticae tribuimus, cum aut libertinam condicionem aperte indicent (VI 9385. X 4916) aut nomina habeant a condicione libertina non aliena (VI 9387 *C. Claudius*

Felix. 9388 *Ti. Flavius* . . . . .)[1]). relinquntur tituli XII 1189 et XIII 7532, qui alicuius momenti sunt. cum enim illius (XII 1189) prima pars ita mutilata sit, ut vix cognomen Phoenicis (sic Otto Hirschfeld) et nomen Cornelii agnoscatur, litterae sequentes (FABR · CORP · APT · COLLEG · D · S · F) si solvuntur: *fabr(i) corp(orati) Apt(ensis) | colleg(ae) d. s. f.* vel: *fabr(i) corp(oris) Apt(ensis) | colleg(ae) d. s. f.*, re vera testimonio esse videntur singulos collegiatos nominatos esse fabros. at eodem iure eas litteras sic intellego: *Corneli Phoenicis | fabr(i) corp(orati) Apt(enses) colleg(ae) d. s. f.* vel: *Corneli Phoenicis fab(rum) corp(orati) Apt(ensis) | colleg(ae) d. s. f.* collatis his titulis XII 726 *corp(orato) fabror(um) tignarior(um) corp(oris) Arel(atensis).* XI 6231 *colle(giato) f(abrum) F(anestrium).* XII 738 *corp(orato) col(oniae) Arel(atensis) fabror(um) tignuarior(um).*

Denique in titulo XIII 7532 Crucenacensi nominatur *Masclius Satto [f]aber*, qui collegiatus esse vix potuit, cum in castello Romano, quod ibi erat, collegium fabrum non occurrat et proximum collegium fuerit Moguntiaci. cum praeterea illi viro cognomen fuisse Fabrum — si recte legimus *faber* — versisimile non sit, in medio relinquendum est, utrum Germanus ille vir nomine fabri usus sit, quod antea in familia domini cuiusdam Romani fabri officiis functus erat, an complura fabrorum opificia hoc nomine professus sit.

Sequitur inscriptionum testimoniis confirmari non posse singulos collegiatos appellatos esse fabros; eis titulis, in quibus nomen fabri singulari numero dicitur, significantur libertini et servi intra domum varia fabrorum negotia exercentes. itaque ex hac tabula inter fabros collegiatos praeter titulum XII 1189 transferendus est nullus.

---

[1]) titulos XIII 623. 3701. Suppl. Ital. V 442 omisi, cum praeter nomen fabri nihil fere exstet.

Fabri tignarii et fabri collegiati municipales.

Quamquam infra fabri tignarii et fabri disiunguntur tamen non ipsa opificiorum natura inter se differunt. faber tignarius principio idem est atque faber lignarius, quod nomen in inscriptionibus semel repertum (CIL IV 960 *lignari universi*) apud scriptores nonnusquam occurrit (Isid. orig. XIX 19, 1 *lignarius generaliter ligni opifex appellatur*). cum veteres Romani pro magna ligni copia (Thucyd. VI 90, 3 *ἐχούσης τῆς Ἰταλίας ξύλα ἄφθονα*) in aedificiis exstruendis alia materia non uterentur, faber tignarius is appellabatur, qui aedificando quaestum sibi faciebat; quod aedificatoris nomen etiam tum valuit, cum iam pridem Romani in aedificando utebantur saxis, ita ut fabri tignarii omnes essent, quorum opera aedificium exstruebatur (Gaius Dig. L 16, 235 *fabros tignarios dicimus non eos dumtaxat, qui tigna dolarent, sed omnes qui aedificarent*).

Imperatorum aetate collegia et fabrorum tignariorum et fabrornm vel fabrum in inscriptionibus nobis occurrunt (Waltzing, *Corporations professionnelles* IV 20, 72. Kornemann in encycl. reali VI 1893); inter haec collegiorum genera haud magnum discrimen interesse videtur, cum in nonnullis oppidis (Ostia XIV 297. 359; Praeneste XIV 2876. 2981; Vienna XII 1911; Lugudunum XIII 1954. 1978)[1]) eiusdem collegii collegiati modo fabri modo fabri tignarii nominentur; quin etiam in titulo XIV 2630 (qui Tusculi repertus, Ostiam transferendus est), idem collegium, ut ex ordine lustrorum videre licet, nunc collegium fabrum Ostiensium nunc collegium fabrum tignuariorum Osti-

[1]) de industria in hunc numerum non recepi Brixiam et Salonas oppida (ut factum est a Kornemanno in encycl. reali VI 1895). cum in titulo V 4216 (Brixia) collegii mentio non fiat, non est cur fabrum illum tignarium collegiatum fuisse in collegio fabrum Brixiensi censeamus, et titulus Salonitamus III 8841 (. . . LEG . . . TIG . . FAB . . . . FABR) testimonio vix esse potest, cum quae supplenda sint, non constet.

ensium est. nec ceteris in rebus collegia illa cognatione quadam carent, ut nobis facile persuadeamus, eiusdem opificii homines duobus illis nominibus vocari, ut scriptores quoque fabros dicunt cum fabros tignarios intellegant.[1]) cum homines, qui aliam artem vel alium quaestum habent, non modo apud fabros sed etiam plures inter fabros tignarios occurrant (*organarius vel automatarius* XII 722, *nauta Rhodanicus* XIII 1967, *negotiator muriarius* XIII 1966, *ferrarius* XIII 2036, *aurifex* XIII 5154, *figulus* XIII 1978 inter fabros tignarios, *faber lectarius* XI 5439 inter fabros), non habemus, quod collegia fabrum omnes eos, qui propter materiae formandae firmitatem nomine fabrorum comprehenduntur, et collegia fabrum tignariorum exstructores tantum aedificiorum continuisse putemus.

Fabris collegiatis in municipiis et coloniis Romanis id fuit officium, ut incendia exstinguenda curarent, ut inprimis Otto Hirschfeld (*Sitz.-Ber. Akad. Wien* CVII 1884, 239 sqq.) demonstravit; quamquam autem in eodem munere fuisse tignarios negari non potest, cum et in his et in illis collegiis idem sit collegiatorum ordo militaris et praefecti publice collegio dati reperiantur, tamen fabrum potissimum collegia in illo munere occupata fuisse videntur. Romae enim, ubi ex Augusti aetate cura incendiorum vigilibus ab ipso imperatore instructis mandata erat, collegium fabrum repertum non est, cum fabrorum tignariorum saepe mentio fiat. et in municipiis centonariis et dendrophoris, qui eodem munere fungebantur, multae et variae necessitudines intercedunt cum fabris, nullae fere cum fabris tignariis.[2])

[1]) Cato de agric. 14, 1: villam aedificandam si locabis novam a solo, faber haec faciat oportet. Cic. in Verr. II 5, 48: Capitolium publice coactis fabris exaedificari atque effici potuit. Cic. ad fam. IX 2, 5: non modo ut architectos sed etiam ut fabros ad aedificandam rem publicam accurrere. Liv. I 56, 1: fabris undique accitis.

[2]) Ameriae idem vir praefectus est collegii fab. tig. et collegii centonariorum XI 4404.

Quo facilius cognoscatur, quibus rebus fabri tignarii et fabri municipales inter se differant, non in unam tabulam omnes rediguntur. praemonendum est ad collegium fabrorum tignariorum Romanum pertinere titulos VI 3678. 33856, cum lacunas habeant litteris TIG explendas (Waltzing, *Corporat. professionnelles* IV 18), ad collegium fabrum tignariorum Ostiense titulos X 541. 543 Salerni repertos, cum homines exhibeant in collegio fabrum tig. Ostiensi collegiatos, et X 6585 (Velitrae), ut Mommsen censet CIL X p. 1148.

In tabulis sequentibus asterisco notantur collegiati, duobus asteriscis magistri; intra uncos additus est numerus hominum, qui in titulo nominantur. dubii nominantur infra in adnotationibus ei tituli, qui aut non integri aut dubiae lectionis vel interpretationis sunt.

II Fabri tignarii.

	Ing.	Lib.	Serv.
	** VI 148	VI 6365 a	
	** VI 996	VI 9410	
	* VI 1060	VI 9411 (2)	
	* VI 9405	VI 9412	
		** XIV 299	
		** XIV 407	
		** XIV 2630	
		** XIV 3009	
		IX 5862	
		X 1923	
		XII 4477	
		* XIII 1939	
opificum summa	4	13	—
corporati	4	5	—
magistri	2	4	—

Duobus vel tribus nominibus vocantur:

**VI 996 (3). **1060 (10). *1060 (35). **3678. *9405 (11). *9407. **10299 (5). *10300 (17). *33856 (28). **XIV 128 (2). **160. **330. *XI 1355 (4). V 4216. **XII 719. *722. *726. *728. *736. *738. *XIII 8344. 8346.

opificum summa . . 128
corporati 126
magistri 25

Gentili nomine Romano et cognomine Graeco utuntur:

**VI 321. **996 (3). **1060 (6). *1060 (19). *9405 (10). **9406. *9408. **10299 (4). * 10300 (6). * 33856 (9). **XIV 128. **160 (2). **297. **370. **371. **418. **430. **2981. **X 6585 [Ostia]. **541 [Ostia]. *XI 1355 (3). **3936.

opificum summa . . . 75
corporati 75
magistri 27

Atque primum quidem considerantibus nobis hanc tabulam conspicuum est servos inter collegiatos esse nullos.[1] Mommsen (*de collegiis et sodaliciis Romanorum* p. 77. 78) servos in collegia opificum omnino non receptos esse opinatus est; sed erravisse in hac re virum doctissimum apparet, cum, ut tabulis insequentibus demonstrandum erit, servi et collegiati et magisterio functi reperiantur. praeterea si servos in collegia opificum adscisci non licuisset, certe leges cellegiorum, quae nonnullae conservatae sunt, de hac re aliquid praescriberent.[2] opifices, quippe qui magna ex parte ipsi non longe abessent a servorum condicione, non aeque a consuetudine cum illis habenda abhorruisse atque homines nobiles et

[1]) in titulo XI 1355 A cum indicis collegii fab. tig. duae columnae integrae servatae sint, ex tertia columna praenomina tantum exstant; quod in his litterae EVP leguntur, satis opinor testimonii non est, servum in illo collegio fuisse.

[2]) in collegia funeraticia servos assumptos esse domini scilicet permissu traditum est Dig. XLVII 22, 3, 2.

divites perspicuum est, cum autem servi in numero fabrorum tignariorum non sint, aut exclusi erant ab horum collegiis aut certe eorum numerus minimus erat, cum ne in albis quidem, quorum reliquias habemus, unus sit servus.

Non omnino desiderantur in inscriptionibus servi artem tignariam exercentes; quorum unus, cum magister collegii domestici sit (VI 9409), reliqui, cum in monumento Statiliorum sepulti sint (VI 6363—65), domi vel domini sumptibus opificio dedisse operam videntur, cum autem ex consuetudine Romanorum omnes eiusdem familiae libertini et servi in eodem sepulcro conderentur, incertum est an illi Statiliorum servi extra familiam aut collegiati fuerint.

Ingenui, qui nonnulli inter collegiatos sunt, praecipuo honore usi esse non videntur, cum in albis, quorum reliquias exhibent inscriptiones VI 1060. 945, eorum nomina reliquis passim intermisceantur et ingenuus ille decurio collegii, qui in titulo 1060 nominatur, non primae sed quadragesimae septimae decuriae praesit. perpauci sunt libertini, qui manumissoris praenomen addunt, eo maior est numerus eorum titulorum, qui certum ordinis indicium non perhibent; in quibus etiamsi eos homines, qui gentili nomine Romano et cognomine Graeco vocantur, inter libertinos adsciscere in proclivi est, tamen maior pars fabrorum tignariorum ordinis ingenui est.

Cum casu acciderit, ut hae inscriptiones servarentur illae delerentur, cavendum est, ne collegium quo maiore auctoritate usum sit, eo plures continuisse ingenuos credamus, nam — ut exemplo rem illustrem — omnes tituli Ostiae reperti libertinorum sunt, et constat collegium fabrum tignariorum Ostiense inter omnia, quae ibi erant, primum fuisse.

Eorum, qui collegiati non fuisse videntur, numerum esse parvum mirandum non est, cum facile intellegatur neminem opificum fugisse, quanta sibi collegiato essent commoda.

Restat ut studeamus cognoscere, fuerintne omnibus temporibus eaedem inter libertinorum et ingenuorum numeros rationes; sed Romani tantum et Ostienses tituli facultatem praebent temporis, quo scripti sunt, definiendi, cum in eis lustra collegiorum adnotentur. cum collegii Romani lustrum XXVIII cadat in annos p. C. n. 129—133 (VI 10299), collegium anno a. C. n. 7 aut constitutum aut instauratum esse perspicuum est (Waltzing, *Corporat. profess.* I 363. II 118). cuius rei ratione habita titulorum VI 996. 321. 148. 9406. 10299. 33856. 1060. 10300 anni ex lustris recognoscuntur. eodem modo titulorum Ostiensium XIV 299. 3009. 2630. 371. 370. 297. 128. 160. 148 anni definiri possunt, cum ordinem lustrorum collegii Ostiensis ex initio primi p. C. n. saeculi ordiri verisimile sit (Waltzing, *Corporat. prof.* IV 28). sed hic tam parvus numerus vix ullius momenti est, praesertim cum omnes fere quos dixi tituli secundi saeculi sint; quare infra omnibus titulis compositis de hac re summatim agetur.

Quo facilius cognosci possit fuerintne fabri tignarii in eodem honore atque fabri collegiati, affero hic titulos honorarios a fabris tignariis dedicatos, ex quibus videamus, cuius ordinis fuerint patroni et reliqui homines necessitudine quadam cum collegio coniuncti. sunt patroni

ordinis senatorii VI 1673. IX 2213 (Telesia) *patron. coloniae.* IX 2339 (Allifae) *aed. curul.*
ordinis equestris XIV 359 (Ostia) *patron. colon.*
ordinis decurionum XII 1877 (Vienna).
ordinis Augustalium XIV 3003 (Praeneste) *magister datus ab imperatore Hadriano.* IX 4071 (Carsioli) *cur. annonae.*
ordinis ingenui VI 1060. XI 1355 (Luna).
ordinis libertini IX 3931 (Alba Fuc.).
praefecti collegii XI 4404 (Ameria) **ftc**[1]) *cur. pecun. annonar.* XIV 298 (Ostia) *praef. fabr.* III 611 (Dyrrhachium).

[1]) **ftc** = collegia fabrum tignariorum et centonariorum.
fcd = fabri centonarii dendrophori.

titulis honorantur a collegio equites Romani XIV 160 (Ostia) *proc. annon.* XII 3165 (Nemausus).

magisterio honoris causa funguntur Augusti libertus, redemptor operum Caesaris VI 9034; lictor XIV 296 (Ostia); eques Rom. XIV 314 (ibid.); decurialis scriba librarius XIV 374 (ibid.); decurio IX 3923 (Alba Fuc.).

III Fabri collegiati municipales.

	Ing.	Lib.	Serv.
	* V 908 ** V 5310 * Suppl. Ital. 181 * III 7900	** IX 2683 ** IX 5450 ** V 4449 ** *Année ép.* 1903 n. 350 (ad CIL V) * III 2108	
opificum summa	4	5	—
corporati	4	5	—
magistri	1	4	—

Duobus vel tribus nominibus vocantur:

** IX 5450. ** 5754. * XI 970. * 1549. ** 5748 (2). * 5748 (16). ** 5816. * V 2850. * 3387. * 4018 (2). * 5612 (3). * 5701. ** VIII 2690. ** *Ann. ép.* 1897 n. 146 (ad CIL XII). * *Röm. germ. Korrespondenzblatt* I p. 6 (16 hom.). (ad CIL XIII). * III 1082. * 1215. * 1431 (2). * 1494. * 1505. * 2106. * 2107. ** 3580. * 3839. * 7767. * 7910. * 8018 (3). ** 8086. * 8837. * 13779. * 14543.

opificum summa	68
corporati	68
magistri	9.

Nomine gentili Romano, cognomine Graeco utuntur:

** IX 5450. * XI 970. ** 2702 (2). * 6231. ** 6358. * V 731. * XII 1189. ** III 1016. * 1043. * 14231. *7910.

opificum summa	12
corporati	12
magistri	5.

Inter fabrorum titulos eadem intercedit numerorum ratio, quae inter fabrorum tignariorum titulos, cum perpauci libertini et ingenui aperte agnoscantur et servi nulli reperiantur. fabros non collegiatos nisi intra familiam non reperiri iam supra (p. 22—26) demonstratum est.

Ut modo fabrorum tignariorum nunc fabrorum titulos honorarios adiungo. sunt patroni

senatorii ordinis XI 6335 (Pisaur.). 6371 (ibid.) *augur.* V 865 (Aquil.) consul.

equestris ordinis XIV 3643 (Praen.) *patron. municip.* IX 5439 (Falerio) **fcd.** 5835 (Auxim.) **fc** *patron. colon.* XI 124 (Ravenna) **fc.** 379 (Arimin.) *patron. colon.* 1230 (Placent.) **fc.** 2702 (Volsin.). 6235 (Fanum Fort.) **fcd** *patron. colon.* 6362 (Pisaur.) **fcd** *patron. colon.* V 335 (Parentium) *praef. coll.* 545 (Tergeste). 546 (ibid.) *praef. fabr.* et *praef. colleg.* 749 (Aquil.) **fc** *praef. coll.* 2071 (Feltria) **fcd.** 4484 (Brixia) **fcd.** 5128 (Bergom.) **fcd.** 5847 (Mediolan.) **fc.** 5869 (ibid.) **fc.** 7375 (Dertona) **fcd.** 7881 (Cemenelum) **fcd.** 8667 (Concord.) **fc** *praef. coll. fab.* XIII 1954 (Lugud.). III 1207 (Apulum) **fc.** 1209 (ibid.) **fc.** 1217 (ibid.) **fd.** 1497 (Sarmizeg.). *Ann. ép.* 1888 n. 132 (Bellunum) **fd.**

ordinis decurionum: IX 1459 (Compsa) **fd.** 5653 (Trea) **fc** *patron. mun.* XI 1059 (Parma) **fcd** *patron. colon.* 3009 (Sorrinens. Novens.) **fc.** 4580 (Carsulae). 5416 (Asisium) **fcd** *patron. munic.* 6369 (Pisaur.) **fc.** 6378 (ibid.) **fcd.** V 60 (Pola) *praef. coll.* 1012 (Aquil.) **fcd.** 4477 (Brixia) **fcd.** III 975 (Apul.). 1051 (ib.). 1495 (Sarmizeg.) *praef. coll.* 2026 (Salonae) *praef. coll.* 2087 (ib.) *praef. coll.* 3438 (Aquinc.) *praef. coll.* 14211[2] (Gighen, Moesia). 14416 (ib.).

ordinis Augustalium XI 6358 (Pisaur.). V 5892 (Mediol.) **fc.** III 1083 (Apul.). III 7960 (Sarmizeget.).
ordinis ingenui IX 5368 (Firmum Picen.) **fc.** III 984 (Apul.). 1210 (ib.) 1501 (Sarmizeg).
ordinis libertini V 7469 (Bodingomagus) **fc.** III 1212 (ib.).
honoris causa magisterio funguntur equites Romani V 4333 (Brixia) **fc.** V 5869 (Mediol.) **fc,** decurio III 4557 (Vindob.) *praef. coll.* [1])
honorantur titulis viri illustres senatorii ordinis XI 377 (Arimin.) **fcd** *patron. colon.* 6164 (Suasa) **fc.** 6370 (Pisaur.).
equestris ordinis IX 5439 (Falerio) **fcd** *patron. colon.* XI 405 (Arimin.) *uxor eq. Rom.* 629 (Faventia) *praef. vigil.* III 4557 (Vindob.) *praef. coll.*
ordinis decurionum XI 386 (Arimin.) *patron. colòn.* 406 (ibid.) **fc.** 418 (ibid.) **fc.** X 5198 (Casinum). V 4368 (Brixia) **fc.** 4386 (ibid.) **fc.**
ordinis ingenui III 3569 (Aquinc.) **fc.**

Permulti homines privati, et viri et feminae, cura collegii titulis honorantur Brixiae V 4333. 4396. 4397. 4406. 4408. 4416. 4454. 4459. 4483. 4488 **fc;** 4122. 4391. 4433. 4489 **f.**

Comparatis inter se titulis fabrorum tignariorum et fabrum videre licet fabros, cum rationes numerorum haud multum inter se differant, praestare omnibus eis rebus, quae testimonio sunt, illis cum magistratibus necessitudines et honorem dignitatemque in municipiis fuisse praeter ceteros. omnes fere patroni amplissimis honoribus publicis perfuncti sunt, multi iidem patroni municipiorum vel coloniarum, multi praefecti collegiorum sunt. iterum atque saepius fabri in partem hereditatis a civibus vocantur vel dona accipiunt; et vicissim viros de collegio vel de civitate bene meritos collegiati titulis honorare solent; a nullo

---

[1]) dubius est tit. Suppl. Ital. 870.

collegio tot titulos imperatoribus positos esse, quot a fabris, infra demonstrabitur. quomodo nominum diversitas expediatur latet in obscuro. forsitan res ita fere se habuerit. initio in municipiis fabri tignarii collegiati ultro custodiam incendiorum exsequebantur; cum autem in maioribus oppidis hoc modo saluti publicae non satis prospiceretur, illud officium publice eis imperatum est. quo ex tempore collegium appellabatur collegium fabrum; quo factum est, ut opifices eandem artem tignariam ab antiquissimo tempore usitatam exercentes modo in collegiis fabrorum tignariorum modo fabrum essent. cum initio omnes fabri tignarii nominentur, postea ei, qui fabri vocantur, officium publicum se habere hoc nomine profitentur. cum servi, ut e tabulis videre licet, in omnibus eis collegiis non reperiantur, quibus cum re publica aliquae intercedunt rationes, non casu accidisse censeo, quod neque inter fabros tignarios neque inter fabros collegiatos inscriptiones exhibent servorum titulos.

Fabri navales, fabri lignarii, dendrophori.

IV Fabri navales.

Sunt ingenui, qui patris nomen indicant XI 139. X 5371. Duobus vel tribus nominibus vocantur ** XIV 168 (2). ** 256 (14). * 256 (226). ** 368. XII 723. * 730. * 5811.

opificum summa	246
collegiati	245
magistri	17.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur VI 33833. ** XIV 256 (5). * 256 (93). XI 2135.

opificum summa	100
collegiati	98
magistri	5.

Fabri navales cum reliquis artis lignariae opificibus non coniunguntur, cum eorum opificium non modo ab architectorum arte liberali non multum absit, ut interdum

faber navalis appellatur architectus (VI 33833. X 5371. XII 723), sed etiam in re militari maxima fuerit utilitate. maximum et amplissimum fuit collegium fabrum navalium Ostiensium sive Portuensium, nam in albo eius tredecim patroni, sex quinquennales, tredecim honorati plebi collegiatae praepositi sunt. neque in hoc titulo neque in reliquis, qui in oppidis maritimis perpauci reperti sunt, servi aut libertini nominatim dicti sunt, nam Calocaerum illum libertinum curam agentem (XIV 168), quem Dessau collegii libertum esse censet, fabrum navalem fuisse non constat.

V Fabri lignarii.

	Ing.	Lib.	Serv.
materiarii		X 3965	
		V 7377	
		XII 4467	
		(clavar. mat.)	
sector[1])			VI 9887
abietarius		VI 9104	
intestinarii		VI 8173	VI 9401
		X 3957	
lectarius[2])		VI 7882	
supsellarius		VI 6055	

---

[1]) sector est sector materiarius (Blümner, *Technologie* II 103, 1), quales sunt V 815 *sectores materiarum Aquileienses*. ei, qui saxa secant, serrarii sectores vel serrarii nominantur (I 1108 *colleg. sectorum serrarium Tiburtinum*. II 1131 *serrarii Augustorum*. VI 9888 *colleg. sectorum serrar.*); cf. Blümner II 217. titulus VIII 5267 (FELIX · SECTOR · SER) omissus est, cum in villa quadam Hipponensi repertus sit.

[2]) dubius est fabri lectarii tit. XI 5439; VI 7988 *Rhesus Canini lectarius* aut est, qui domi opus exercet, aut *lectarius* errore scriptum est pro *lecticarius*.

	Ing.	Lib.	Serv.
capsarius[1])	V 3158		
cistarius		VI 7601	
loclarius[2])		VI 9527	
scriniarius[3])		VI 9885	
tesseraria lignaria[4])		V 7044	
axearii		VI 9215(2)	
carpentarius[5])	V 5922		
cisiarius	XI 6215		
essedarius		VI 4335	
opificum summa	3	15	2
corporati	—	—	—
magistri	—	—	—

Duobus vel tribus nominibus vocantur materiarius VI 9561, intestinarius X 1922, sessorarius XII 3346, cuparius[6]) X 7040.

opificum summa 4.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utun-

---

1) *Capsarum faber fortasse V 3158* (Dessau, Inscript. select. II p. 804 ad n. 7621).

2) Henzen ad hunc titulum: *videtur intellegendum esse locularius i. e. qui loculos facit.*

3) *scriniorum fabricator* (Dessau, Inscript. sel. 7629).

4) quamquam marmorarii titulum posuerunt, tamen haec tesseraria lignaria collegiata non est (Waltzing, *Corporat. profess.* I 349); lignarii praeterea sunt in titulis Pompeianis IV 485. 951. 960.

5) qui postremi nominantur tres non aurigas esse sed fabros docuit Blümner (*Technol.* II 325). cisiarii, rectores cisiorum, sunt VI 9485. XIV 2874. X 1064. X 4660.

6) dubius est XII 2669.

tur materiarius XI 6212, plutiarius VI 9819, pugillariarius VI 9841, tibiarius VI 9935.

opificum summa 4.

Primum paulo magis, quae fuerit opificum apud Romanos humilitas, ex titulis fabrorum lignariorum manifesto apparet, cum plurimi libertini sint; collegiati inter eos nulli reperiuntur.

VI Dendrophori.

	Ing.	Lib.	Serv.
dendrophori	* XIV 281 (5)	* IX 3938	* XI 1355
	** XIV 281 (4)	** V 4449	Aug. serv.
	* XIV 383	* XIII 1723	
	* VIII 6940	* XIII 2026	
opificum summa	11	4	1
corporati	11	4	—
magistri	4	1	—

Duobus vel tribus nominibus vocantur * VI 641 (2). ** XIV 33. ** 281 (2). * 281 (4). * 283 (9). * IX 1463. ** XI 1355 (3). * 1355 (7). * 1551. * X 3699 (87). * 3700 (14). * V 7904. * VIII 21070. * 7956. * XIII 1751. * 1961. * 5153. * III 10858.

opificum summa 139
corporati 139
magistri 7.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur ** VI 29691. ** XIV 67. ** 281 (4). * 281 (3). * 283 (6). ** XI 1355 (3). * 1355 (3). * 6231. * X 3699 (16). * 3700 (14). * XII 1917.

opificum summa 53
corporati 53
magistri 9.

Dendrophori fuerunt aut negotiatores lignarii aut opifices artem quandam lignariam exercentes. cum in municipiis una cum fabris et centonariis vigilum officio functi sint, potius opifices eos intellego; nam negotiatores minus idonei esse mihi videntur, quibus illud mandetur. sed cum inscriptiones hanc rem adhuc non satis illustraverint et res in medio relinquenda sit, dendrophori hic enumerantur, in postrema vero parte, in qua omnes opifices et colliguntur et comparantur, in universum opificum numerum non adscribuntur. praeterea ex Claudii aetate nomine collegii dendrophorum accepto cultui Silvani, Cybeles, Attidis adeo se dederunt, ut dubium sit, an eo tempore, cuius inscriptiones habemus, non omnes collegiati opifices aut eiusdem generis opifices fuerint.

VII Fabri lapidarii, marmorarii, tectores.

	Ing.	Lib.	Serv.
structores[1])		VI 6354	VI 9904
		IX 4479	VI 9907
		XII 4511	XIV 2656
			X 868
			X 1959
			VIII 17488
lapidarii[2])	V 3045		III 1777
	Ann. ép.		III 7895
	1896 n. 113		
	(ad CIL V)		

1) dubii sunt structorum tit. VI 9903. XIV 228. III 11304. 13389.

2) dubii sunt III 1365. II 2404.

	Ing.	Lib.	Serv.
marmorarii[1])		VI 9552 XI 1415 (2) X 3985	VI 9555 V 7670
exactor operis marmor. et lapid			*Ann. ép.* 1905 n. 202 (ad CIL VI)
scalptor[2])	VI 33908/09		
scriptores titulor.			VI 9557 IGR III 1074 (ad CIL III)
marmorarius statuar.[3])			VI 29796
musivarii		VI 9647	VI 29825
subaediani[4])		VI 7814 VI 33293	* VI 9558 * VI 9559 * VI 33875
tectores		VI 5205 VI 5985	

---

[1]) artifices, qui titulum VI 10090 posuerunt, scaenicos esse Henzen opinatus est; cum in insequentis tituli 10091 eidem viro positi extrema parte nominetur *μαρμαραρίων τὸ γένος*, Waltzing et illos et eum, qui honoratur titulo, marmorarios esse recte censet. dubius est XIII 915.

[2]) idem in titulo VI 33908 lapicida, in VI 33909 scalptor nominatur; scalptores non, ut Blümner aliique voluerunt, a sculptoribus disiungi posse, pluribus docuit Huelsen, Philol. LVI p. 392. dubius est VII 37.

[3]) tituli marmorariorum statuar. et musivariorum in artis operibus inscripti sunt. dubius est titulus IG III 480.

[4]) SVBEDIO legitur in titulo VIII 3743; *subedio* scriptum esse pro *subaediano* Mommsen censet, de cognomine ioculari cogitavit Wilmanns.

	Ing.	Lib.	Serv.
tectores		VI 33478	
		IX 1721	
		IX 1722	
		IX 3192	
		X 6593	
		III 7244	
gypsarii		XII 4479	
		IX 5378	
pictores[1])		VI 9786	VI 9788
		VI 9794	VI 9791
		VI 33399	
		VI 33427	
		XI 5009	
opificum summa	3	25	20
corporati	—	—	3

Duobus vel tribus nominibus vocantur structores VI 9910. XI 6367, lapidarius II 2772, marmorarii * VI 9550. 9551. 9553. 9554. * X 7039. XIII 122, marmorarius statuarius X 1896, subaediani II 2211 (3), albarius[2]) VI 9140, pictores VI 9787. 9792. *Ann. ép.* 1907 n. 113 (ad CIL VI). *Ann. ép.* 1891 n. 156 (ad CIL XI)[3]). X 1950. III 1005. 4222 (2).

opificum summa 22
corporati 2.

[1]) is, qui in titulo II 4085 nominatur, non opifex est, sed *perfectorem et pictorem templi Minervae* ipse se appellat, non quo ipse opus confecerit, sed ut hoc modo praedicet, qua fuerit in deam munificentia. dubii sunt VI 9789. V 6466.

[2]) dubius est tit. IGR III 1009 (*λευκουργοί*). IG XIV 2271 (albarius).

[3]) *pinctor Augustorum sive omnium bonorum virorum.*

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur structores VI 9905. 9906. X 1959, marmorarii * VI 10091 (2). IGR I 211 (ad CIL VI). X 1648. 1875. II 1724. XIII 1466, exactor operis marmorarii et lapidarii XII 3070, marmorarii statuarii VI 29798. 29799. *Ann. ép.* 1907 n. 38 (ad CIL III), tectores XIII 1983. VI 9820, albarius VI 9139, pictores VI 9790. 9793.

opificum summa	19
corporatus	1.

Magnum esse servorum numerum et perpaucos corporatos inveniri notandum est; collegium structorum, quod Laribus Augusti titulum VI 444 dedicat, domesticum intra familiam Augusti esse puto, praesertim cum praepositum structorum libertum Augusti habeamus (VI 9045).

Curatorem collegii subrutorum (VI 940) in numerum lapidariorum non ascivi, quamquam Mommsen subrutores intellegit eos, *qui aedificia subruant sive incendio correpta sive ob aliam causam evertenda*; cum enim in titulo VI 940 subrutores se nominent cultores Silvani, eos arborum subrutores esse opinor, cum meminerim apud Caesarem scriptum esse: *omnes eo loco aut ab radicibus subruunt aut accidunt arbores* (B. G. VI 27, 4).

Variis coniecturis viri docti subaedianos temptaverunt; putantur esse aut ei, quorum schola sub aedibus i. e. prope templum sit, aut ei, qui sub aedibus i. e. sub tecto opus faciant, qui parietibus et tecto perfectis opus intestinum conficiendum curent. sed cum verisimile non sit in tanta apud Romanos varietate opificiorum subaedianos varias eas operas exegisse, quibus sub tecto opus est, marmorarios et lapidarios eos fuisse opinor, quod habemus subaedianos marmorarios in titulis VI 7814. 33293.

Tectoribus pictores adiunxi, quamquam dubito fabros eos nominare; sed cum in aedibus exornandis maxime occupati sint, liceat una cum tectoribus et albariis eos nominari.

Saepe servorum manibus opificia lapidariorum mandata sunt domi; in familia Augusti sunt structores VI 444. 4034. 8639. 8911. 9102. 9045—47. 33235. X 708, marmorarii VI 5866. 8893. II 133. VI 9102, lapidarii et pavimentarii VI 5870. X 6638, tector, politor X 6638, pictores VI 4008. X 702. 6638; in familiis privatorum structores VI 6353. 9908. 9909. XI 4753, marmorarii VI 6318. 9462a, lapidarii XI 1356. V 7896. XII 732. XIII 5475. *Ann. ép.* 1902 n. 124, tector, politor VI 9462a, pictores VI 7614. IX 4013.[1])

VIII

Fabri aerarii, ferrarii; aurifices, fabri argentarii, fabri metallarii.

	Ing.	Lib.	Serv.
fabri aerarii[2])	XI 1616	VI 9134	*Notizie degli*
		VI 9135	*scavi* 1896
		VI 9137	p. 537
		VI 29794	(ad CIL IX)
		Ann. ép. 1905	VII 180
		n. 49 (2)	XII 4473
		(ad CIL VI)	
		IX 1723	
		XI 1234	
		XI 4428	
		II 2238	

[1]) structores ei quoque servi nominabantur, qui in epulis fercula componenda curabant. Servius ad Aen. I 704 *struere ordinare, componere, unde et structores dicuntur ferculorum compositores.* habuerintne hoc ministerium an illud opificium ei, quos dixi, servi incertum est.

[2]) dubii X 3988. II 2238. *Notizie degli scavi* 1896 p. 537. quale opificium aut negotium *aerarii a pulvinare* (VI 9136) et *coactor inter aerarios* (VI 9186) habuerint, non constat.

	Ing.	Lib.	Serv.
flaturarius		VI 9419	
sigillarii		VI 9894	
		VI 9895 (2)	
fabri ferrarii [1]	XI 4236	VI 9398 (7)	
		XI 4237	
limarii		XII 4475	
		XII 4476	
clavarii	V 7023	V 7023 (femina)	VI 9259
acuarius [2]		IX 3189	
cultrarii		X 3984	
		X 3987	
gladiarii [3]		VI 1952	
		VI 9442	
		IX 3962	
cassidarius		VI 1952	
scutarius		X 3971	
aurifices [4]	*Notizie degli scavi* 1896 p. 49 (ad CIL XIV)	VI 9202	VI 9203
		VI 9208	VI 9205
		VI 9212	VI 9206
		Ann. ép. 1902 n. 86 (ad CIL VI)	
		X 3976	
		V 1982	
		V 8834	
		XII 4391	

[1]) dubii VI 9399. 9400. VIII 4487.

[2]) acuarium servum, quem exhibet tit. VI 9131, potius aquarium esse censeo quam qui acus facit, cum domini nomen adiungatur.

[3]) dubius tit. *Notizie degli scavi* 1892 p. 352.

[4]) dubii XII 5908. VI 9437. 9213. XI 3821.

	Ing.	Lib.	Serv.
anularii		*Notizie degli scavi* 1892 p. 124 (ad CIL IX)	
		XI 1235	
brattiarii		VI 6939	
		VI 9211	
		VI 33 836	
inaurator		VI 3928	
fabri argentarii		VI 9222	*VIII 21 106
		VI 9391 (5)	Ephem. Epigr. VII 518 (adCIL VIII)
		VI 9392	
		V 3428	
		Suppl. Ital. 215 (ad CIL V)	
		III 1652	
vascularii [1]	XIV 2887 (2)	VI 1818	
	IX 1720	VI 9953	
		VI 9954	
		VI 9955	
		VI 9957	
		VI 33 919	
		Ephem. Epigr. VIII 487 (ad CIL X)	
caelatores		VI 9221	III 9432
impaestator [2]			VIII 9427
plumbarius		VI 9816	

[1]) dubius X 7611.

[2]) artem exercet, quam ἐμπαιστικὴν Graeci vocant.

	Ing.	Lib.	Serv.
opificum summa	7	66	11
corporati	—	1	1
magister	—	1	—

Duobus vel tribus nominibus vocantur fabri aerarii I 51. 52. XIV 4112. XI 6179. XII 3333. XIII 5700, candelabrarius VI 9227, faber ferrarius XIII 2036, clostrarius[1]) VI 9260, clavicarius X 7613, aurifices VI 9207. 33835. *Ann. ép.* 1902 n. 86 (ad CIL VI). X 3978. XII 4464. XIII 5154, brattiarius * VI 95, fabri argentarii VI 9950. XIII 2024, vascularii VI 3592. XII 4519, artifex artis characteriae[2]) XIII 1982, artifex signarius VI 9896.

opificum summa 23; corporatus 1.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur fabri aerarii VI 9138 (3). IGR III 1079 (ad CIL III), flaturarius VI 9418, candelabrarius VI 9228, lanternarius X 3970, faber ferrarius VI 703, clavarius II 5812, gladiarius X 3986, scutarii VI 9886. V 4369, aurifices VI 9204. IX 4797. V 2308. XII 4465. XIII 5154, anularius XII 4456, brattiarii *VI 95. VI 9211 (fem.), auri vestrix VI 9214, aurarii VI 196. 9209, fabri argentarii VI 9226. 9390. 9393. 9958. II 3749. XII 4474. III 6331 a, vascularii VI 9956. 33918. 33919 a. Ephem. Epigr. VII 1246 (ad CIL VIII), caelator II 2243, plumbarii VI 9815. II 6108. III 14386 d.

opificum summa 38; corporatus 1.

Cum aeris usus apud Romanos et frequentissimus fuerit et perantiquus, ut inde apparet, quod Numa colle-

---

[1]) dubius VIII 21104.

[2]) *τεχνίτης χαράσσων.*

gium aerariorum constituisse putabatur, tamen neutiquam aerarii reliquis antecedunt.

Ex titulis in artis operibus inscriptis eos tantum elegi, qui verbo *fecit* vel opificii significatione apposita nomen fabri ipsius testantur, nam nominibus secundo casu positis saepe aut possessores officinarum indicantur, qui in suppellectili aenea per magnum numerum servorum fabricanda quaestum collocaverunt, aut ei, quorum in manibus et usu illae res fuerunt. in familiis fabros aerarios et ferrarios habemus nullos (praeter officinatorem a statuis intra familiam Aug. VI 2270), cum res aeneae et ferreae commodius emerentur; ne in praediis quidem instrumenta rustica a servis fabricata, sed aut aliunde apportata aut ab opifice quodam in vicino habitante mercede facta esse apud Catonem de agr. 21, 5 scriptum videmus. inter ferrarios femina est, quae ipsa opificium exercere videtur (V 7023 *clavaria*); earum, quae praeterea in opificiis feminae occupatae sunt, tituli infra colligentur. servos PONDER., qui nominantur in titulo IX 706, Orelli et Henzen intellegunt ponderarios i. e. qui pondera conficiunt, Georges ponderatores; haec interpretatio praeferenda esse videtur, cum in eodem titulo sit saltuarius i. e. servus ipse quoque in officio domestico occupatus.

Cum non eosdem opifices apud Romanos artem aurariam et argentariam exercuisse notum sit, aurifices et argentarii disiunguntur; unum illum fabrum utramque artem exercentem (VI 9209) in aurificum numerum adscripsi. aurificum artem, quae ex antiquissimis temporibus Romae florebat, propter materiae nobilitatem ut apud alios populos ita apud Romanos prae ceteris honoratam fuisse credas; at nihilo minus officinam aurariam ingenui fugiebant.

Margaritarios inter aurifices numerare malim quam inter negotiatores, cum eos si non omnes, tamen partim non modo in emendis et vendendis margaritis occupatos fuisse, sed etiam monilia bacata aliaque ornamenta, in

quibus margaritae insunt, fabricavisse censeam. vix quisquam sibi persuadebit margaritarium illum, qui est in collegio vernarum Caesaris (Fast. Ant. X 6638), negotiatorem margaritarum fuisse. sed cum negotiatores et opifices internoscere non possimus, eorum titulos in enumerando praetermisi. margaritarii sunt VI 641. 1925. 5972. 9544. 9545. 9546. 9547—49. 33872. XIV 2655. X 6492. II 496. *Ann. ép.* 1907 n. 129. aurifices permulti sunt in familia Aug. VI 3927. 3943—47. 3949—51. 4430. 8741, duo in familiis privatorum VI 9149. II 6107.

Fabrorum argentariorum numerum tam parvum tabula exhibet, quod ei, qui in titulis argentarii appellantur nomine fabri non apposito, non magis in numerum fabrorum quam mensulariorum venire possunt neque ex ipsa inscriptione cognosci potest, utrum sit eorum negotium [1]. qua de causa eos tantum argentarios commemoravi, quos fabros esse explicatione addita (faber, vascularius, tritor, excussor) apparet; argentarii dubiae interpretationis sunt VI 348. 363. 1035. 1101. 4329. 5820. 5982. 9156—85. *Ann. ép.* 1901 n. 144. XIV 3034. IX 348. 715. 4793. XI 350. 2123. 6077. X 1914. 1915. 3877. VIII 7156. XII 4457—59. 1597. XIII 8104. 1963. eos argentarios, qui in familiis sunt, minus mensarios quam fabros esse perspicuum est; argentarii in familia Augusti sunt VI 4328. 4422—24. 4715. 5184. 8727, in familiis privatorum VI 7600. 9155. *Ann. ép.* 1905 n. 205. IX 3157.

Reliquos deinde fabros separavi, quorum ars in variis metallis laudatur; habemus enim vascularios non modo aerarios et argentarios sed etiam aurarios (Cic. in Verr. II 4, 54), et caelatorum opera vasa et aenea et aurea et argentea ornantur. qua de causa eos opifices dixi fabros

---

[1]) Coniecturis rem temptare non audeo, cum in hac re ne doctissimi quidem viri inter se consentiant; argentarios XII 4457—59. 1597 mensarios esse censet Hirschfeld (in adnotat.), fabros Habel (in encycl. real. II 710).

metallarios, quo nomine Romanos ceterum operarios in metallis opus facientes appellavisse notum est.

Pauca de plumbariis dicenda sunt; permagnus exstat numerus fistularum, quae plumbariorum nomina exhibent, et quamquam praeter plumbarios servos et libertos Augusti multi privati homines reperiuntur idem opificium exercentes, tamen eos non affero, nam *nomina cum tam servorum quam libertinorum et saepissime etiam mulierum sint, in fistularum titulis modo operas modo officinatores modo conductores officinarum plumbariarum enuntiari certum est* (Dressel CIL XV p. 910). huc accedit, quod nunquam fere plumbarii ordo indicatur; quare nonnulli tantum plumbarii privati in inscriptionibus dicti commemorantur; plumbariam, quae est in titulo III 2117, conductricem officinae fuisse censeo. in familia Augusti sunt plumbarii VI 4444. 4460. 5968. 33789. X 1736, caelatores VI 4328. *Ann. ép.* 1901 n. 145.

IX Fabri varia materiae genera tractantes.

	Ing.	Lib.	Serv.
eborarii		VI 7655 VI 7885 VI 9375 VI 33423 *Ann. ép.* 1905 n. 207 *Ann. ép.* 1907 n. 128 (ad CIL VI)	
pectenarii [1])	V 2538 V 7569		

[1]) pectinibus Romani utebantur aeneis, osseis, eburneis, buxeis.

	Ing.	Lib.	Serv.
tesserarii[1])	V 4508		
automatarius		IX 1719	
machinarius		VI 9533	
gemmarii		VI 9434	VI 245
		VI 9435 (4)	
oculariarius[2])		VI 9402	
vitriarii			VIII 9430
			XII 5696
speclariarii		VI 9899	
		X 5738	
opificum summa	3	16	3

Duobus vel tribus nominibus vocantur pectenarii V 98. 2543. II 5812, tesserarii VI 9927. XII 1885, solearius baxearius[4]) **VI 9404, automatarius VI 9394, machinarius XI 634, gemmarii VI 9239 (2). IX 4795.

opificum summa 11; corporatus, magister 1.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur eborarius VI 9397, pectenarius IX 1711, *ὀργανοποιός* IGR I 277 (ad CIL VI), gemmarii VI 9433. 9436, oculariarius VI 9403, vitriarii III 14374, 1. XIII 2000, speclariarii VI 9900. 33911.

opificum summa 10.

Extremi colliguntur in hac parte fabri reliqui, quorum hi, cum in variis materiis formandis occupati sint, nomen

---

[1]) habemus tesseras variarum materiarum lusorias et eas, quibus pavimentarii utuntur.

[2]) *qui oculos reponit statuis* (VI 9403) argenteos, eburneos, lapideos, vitreos.

[3]) dubius III 9542.

[4]) baxeae sunt soleae palmeae, saligneae, papyraceae.

trahunt a rebus ab ipsis fabricatis (ut pectenarii, ocularii), illi ex materia tractanda nominantur (eborarii, vitriarii). titulo VI 8659 docemur in familia Augusti fuisse collegium speclariariorum, ad quod pertinent specularii VI 5203. X 6638.

Fabri balneatoris VI 9395 mentionem facere omitto, cum eum non fabrum tignarium, qui in balneis aedificandis occupatus sit, sed libertinum et fabri et balneatoris officia domi curantem esse censeam.

Fabrorum titulis in ordinem redactis haud facile fieri potest, ut reliqui opifices simili ratione atque illi disponantur; quamquam enim antiquissimis temporibus, ut supra dictum est, praeter fabrorum et figulorum opificia extra domum nulla fere exercebantur et postea quoque scriptores his nominibus omnes opifices comprehendere solent, postea praeter illorum opificia multa floruerunt, ita ut ei, qui artem non fabrilem exercent, communi artis significatione careant. sed ne omnino reliquorum opificum moles incondita sit, in hac altera parte primum eos composui, qui eadem ratione qua fabri opificium suum exercent, ut manu vel instrumentis materiae formandae et tractandae operam dent non durae scilicet. iterum monendum est ut inter fabros sic inter huius partis opifices esse, quorum ex nomine non intellegatur sintne opifices an negotiatores, vascularios illic, hic vestiarios dico. cum certa discernere non liceat, negotiatoribus attribui, qui naturae fructus emptoribus praebeant, in opificum numerum adscripsi, quos mercibus aut fabricandis aut usui emptorum praeparandis operam dedisse verisimile sit (qui infra tabernarii nominantur).

Primum igitur huius partis locum figulos tenere decet; qui, quamquam plurimas habemus tegulas et dolia, quae figulorum nomina exhibent, tamen desiderantur inter opifices. idem enim monendum est, quod supra de plumbariis: *cum qui praedia possidebat figlinas in eis*

positas aut suo nomine exercendas curaret per servum aut conductori (vel conductrici) locaret uni vel pluribus, conductores vel officinatores sive exercitores a dominis distingui vix possunt (Dressel CIL XV p. 6). praeterea in talibus titulis saepe per notas scriptis cum non semel nomen domini figlinae pro fabricatoris nomine apparet, tum nunquam fere ordo figuli significatur (ut inter duo milia titulorum Britannicorum in opere fictili inscriptorum unus tantum ordinem figuli exhibet). praeter servos et libertinos, qui in figlinis habebantur, fuisse figulos privatos verisimile est, sed ex titulis cognosci non potest, quibus condicionibus is, qui fabricatorem se profitetur, artem figuli exegerit. habemus nonnullas inscriptiones, in quibus figuli significatione artis adiecta appellantur (X 3729 *tegularius*, VIII 16877 *testarius*, IGR III 330 κεραμεύς, IGR I 201 πλάστης, *Ann. ép.* 1906 n. 132 *figulus*); quos cum minores numero sint nec inter alios opifices facile numerentur, nullo detrimento praeterimus.

X Sutores, coriarii.

	Ing.	Lib.	Serv.
sutores[1]	V 5919	II 5934	VI 9230 VI 33915 IX 3027 VIII 9327 VIII 16710
caligarii	V 6671	IX 3193 *Ann. ép.* 1896 n. 114 (ad CIL V)	V 1585

[1] dubii V 2728. III 14239. *Ann. ép.* 1892 n. 28 (*gallicarius*).

	Ing.	Lib.	Serv.
crepidarius		VI 9284	
sandaliarii	VI 9897	X 3981	
coriarius [1]		·	VI 9279
lorarius		VI 9528	
cullearius		VI 33846	
ampullarius		XII 4455	
pellio		XII 4500	
opificum summa	3	9	7

Duobus vel tribus nominibus vocantur sutores IX 3702. II 5812, calcearius XIII 4288, sandaliarius XII 4510, coriarii VI 9280. *Ann. ép.* 1890 n. 132 (ad CIL VIII), loricarius II 3359, capistrarius XII 4466. gaunacarius [2] VI 9431.

opificum summa 8.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur sutores VI 33914. V 5927. 7265, caligarius VI 9225.

opificum summa 4.

Collegia sutorum et coriariorum Numae temporibus fuisse traditum est, quorum illud nominatur semel (II 2818). sutores sunt in familia Aug. VI 9050, in familiis privatorum VI 6355. 10229. collegium coriariorum, quod Diocletianum honorat titulo VI 1117, Maximianum titulo VI 1118, et patronum habet praefectum urbi (VI 1682), minus ignobile fuisse videtur.

[1]) dubius *Ann. ép.* 1905 n. 100.

[2]) gaunacum vestimentum est, cui pelliculae murium Persicorum insutae sunt.

XI Sarcinatores, vestiarii; centonarii.

	Ing.	Lib.	Serv.
sarcinatores	V 7568	VI 9884 } fem.	
		XI 5437 } fem.	
		V 2542 } fem.	
		V 4509	
vestiarii[1]	XI 6367a	VI 6852	VI 9965
	X 3963	VI 7782	VI 9966
	V 774	VI 9964	
	V 7378	VI 9969	
	V 7379	VI 9971	
		VI 9973	
		VI 9974	
		VI 9976	
		VI 9977	
		VI 9978	
		VI 33920 (3)	
		VI 33921	
		VI 33922 (2)	
		VI 33923	
		IX 1712	
		XI 868 (2)	
		XI 963	
		XI 6109	
		X 3959	
		X 5718	
		XII 4422	
		XII 4520	
		XII 4521	

[1]) dubii VI 1926. 9962.

	Ing.	Lib.	Serv.
sagarii [1])		VI 7971	
		VI 9864	
		VI 9866—72	
		VI 33906	
		Not. d. scavi 1904 p. 440 (ad CIL VI)	
		Not. d. scavi 1899 p. 451 (ad CIL IX)	
		X 8263	
		V 5926	
		*XII 1898 (2)	
		XII 4509	
paenularii		VI 4000	
		IX 3444	
plumarius			VI 9813
ornatrices		VI 9736	
		X 1942	
		V 4194	
centonarii urbani [2])		**VI 7861	
		*VI 7863	

[1]) dubius *Not. d. sc.* 1907 p. 210.

[2]) Centonarii municipales inveniuntur ingenui * XI 133. * V 5447. ** III 4496 a, libertini ** IX 2686. * XI 5047. ** V 4449. * XII 523. ** XII 1898; duobus vel tribus nominibus vocantur ** XI 1354. * 5749 (15). ** 5750 (2). * 5750 (9). ** V 3411. * XII 526. ** III 10325, nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur * XI 125. ** 1354. * 5749. * 5750. * 6231. ** V 3439.

	Ingen.	Libert.	Serv.
centonarii urbani		*VI 7864 *VI 33837 **VI 33837	
opificum summa	6	58	3
corporati	—	7	—
magistri	—	2	—

Duobus vel tribus nominibus vocantur sarcinatrix VI 33907, vestiarii VI 4476. 9961. 9972. 9975. XI 869. V 324. Pais, suppl. Ital. 159 (ad CIL V). XIII 3168. III 13803, sagarii * VI 339. V 6773. XII 1928. XIII 2008, barbaricarii V 785. XIII 1945. VI 6182, centonarius urbanus * VI 7861,6.

opificum summa 18; collegiati 2.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur vestiarii VI 4476. 9970. XIV. 3958. V 3460. 6777. *Ann ép.* 1896 n. 113 (ad CIL V). II 2240. XII 3202. XIII 542, sagarii * VI 339. 9865. IX 5752, paenularius X 1945, segmentarius VI 9889, plumarius VI 9814, ornatrix II 1740, centonarius urbanus * 9254.

opificum summa 17; corporati 2.

Sarcinatrices multae feminae nobiliores suas habebant ancillas (VI 9875—83. VIII 10938. VI 9963, in familia Aug. VI 3988. 4028—31. 4434. 4467. 4468. 5357. 8903. 9038); servi privatorum sunt vestiarius VI 9963, *βεστιάριος* (?) IGR I 372, plumarius VI 7411, barbaricarius VI 9641, Caesaris servus barbaricarius VI 33706. ornatrices commemoravi nonnullas, cum domicilium suum urbanum in titulo praedicent et extra familiam fuisse videantur, reli-

quae ministrae vitae privatae sunt (VI 3993. 4717. 8944. 8957. 8958. 9462. 9690. 9726—31. 9735).

Centonarios urbànos cum vestiariis coniunxi, nam cum Romae vigiles incendia exstinguenda curarent, centonarii ibi in illo munere occupati non fuisse, sed opificium suum exercuisse videntur. de centonariorum munere municipali, quod cum fabris et dendrophoris habebant, supra nonnulla dicta sunt et cum non constet habuerintne illo tempore, cuius inscriptiones sunt, nomen a centonibus, quibus incendia opprimebantur, an ab arte centonum fabricandorum, quam prius certe exercebant, separavi centonarios municipales a reliquis. cum ut dendrophoros ita centonarios municipales in universum numerum opificum non adscripserim, pluribus de eis agere non opus est.

Pauca hoc loco de utriculariis dicenda sunt, de quorum opificio vel negotio viri docti dissentiunt: aut opifices, fabricatores utrium, habentur aut nautae, *qui utriculos seu utres inflatos ita subiciebant ratibus, ut iisdem flumina transnare possent* (Forcellini IV 495), aut tibicines, quorum tibiae cum utriculo coniunctae sint.

Cum utriculariorum inscriptiones in Gallia et Dacia repertae omnes ex oppidis ad flumina sitis prodierint, nonnulli eos nautas esse censuerunt ut Schwarz (opusc. acad. p. 33) et Liebenam (*Röm. Vereinswesen* p. 88). huic opinioni hoc favere videtur, quod complures utricularii iidem in collegio nautarum incorporati sunt, ita ut navigandi rationem quandam exercere videantur (XII 731. 4107. XIII 2009. 1054 idem vir *patronus et nautarum et utriculariorum*. XII 982. 1960); at quamquam Romanos in nando utribus usos esse notum est (Frontin. Strat. III 13,6. Florus III 5,16. Caesar B. C. I 48,8. Sueton. Caesar 57), talis navigandi ratio, quae in Asia nonnusquam commemoratur, in Gallia adhuc ignota est.

Itaque cum haec interpretatio testimoniis vix confirmetur, potius illam accipiemus utricularios fuisse opifices occupatos in utribus fabricandis transportando vino et oleo,

quorum culturam in Gallia maxime floruisse scimus. ita fit, ut negotiator vinarius XIII 1954 patronus sit utriculariorum et illi, quos dixi, utricularii simul nautae sint collegiati; atque cum tales rationes his cum illis intercessisse videamus, dubito an, ut similem in modum hodie fieri solet, utricularii non omnium usui negotium exercentes cum negotiatoribus vinariis et nautis quasi consociati et adiutores negotiationis vinariae fuerint. quoquo modo res se habet, non ita aperta esse mihi videtur, ut sine ulla dubitatione utricularios in opificum numerum recipiam, praesertim cum eiusmodi opifices in reliquis imperii Romanii partibus praeter Daciam (III 944. 1547) non reperiantur; et utebantur utribus transportando oleo, vino, aquae non modo in Gallia, sed etiam in Italia.

Praeterea appellabantur utricularii ei tibicines, qui canebant tibiis infixis parvo utri, quem inflabant (Sueton. Nero 54 *voverat proditurum se ludis hydraulam et choraulam et utricularium*). cuius generis fuerint utricularii, quorum titulos infra posui, non constat.[1])

XII Lanarii, linteones; fullones; infectores, purpurarii.

	Ing.	Lib.	Serv.
lanarii[2])	VI 9493 XI 6367a	VI 9489 VI 9491 VI 9494 V 6808	*V 4501
lintearii[3])	XII 3340	XI 6228	VI 9526

[1]) XII 729. 731. 733. 1815. 3351. XIII 1985. 2009. 2039. 2839.

[2]) dubius XII 4480.

[3]) dubii II 4318. XII 4484.

	Ing.	Lib.	Serv.
linarii		V 5923 (2)	
saccarius[1]		VI 5356	
fullones[2]	* *Ann. ép.*	VI 4445	* XIV 2156
	1893 n. 98 (2)	VI 6994	** XI 4771
	(ad CIL VIII)	VI 9429	V 2539
	XII 3337	VI 9430	VIII 3889
		** XI 4771 (3)	
		XI 5066	
infectores		V 997	II 5519
offector[3]			Ephem. Ep.
			IX 248
			(ad CIL II)
colorator		X 5352	
purpurarii	XI 6604	VI 9843	
	V 7620	VI 9846 (4)	
		VI 32454	
		Not. d. scavi	
		1907 p. 209	
		(ad CIL VI) fem.	
		XIV 2433	
		XI 1069a	
		XI 2136	
		X 3973	
		V 1044 (2)	
		XII 4507	

[1]) Dessau, Inscr. select. ad titulum 7659: qui saccos conficit et vendit, *σακκοπλόκος*; saccis portandis videntur operam dedisse saccariorum corpora.

[2]) fullones nominantur fontani VI 267. 268. XII 3337, lotores XIV 2156. V 801; dubius est tit. *Ann. ép.* 1892 n. 28.

[3]) dubii VI 9936. 9847. II 2235.

	Ing.	Lib.	Serv.
opificum summa	8	32	8
corporati	1	3	3
magistri	—	3	1

Duobus vel tribus nominibus vocantur lanarii XI 741. *V 4504. *4505. XII 4481, linteones V 1041. 3217 (2), lintearii XIII 1995. 1998, linarius XII 5969, textor IX 379, stuppatores[1]) *XIV 44. **XIV 44 (2), fullones **VI 268 (3). **267. *9428 (14). **Ann. ép.* 1893 n. 98 (19) (ad CIL VIII). XIII 8345 IGR I 567 (ad CIL III), purpurarius VI 9845.

opificum summa 54; corporati 42; magistri 6.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur lanarii VI 9490. 9492. 33869. IX 826. BGU[2]) III 941,5 (ad CIL VIII), impiliarius VI 33862, fullones **VI 268 (3). *9428 (7). *XIV 2156. II 5812 (2), infector VI 33861, purpurarii VI 9844. 9848. XIV 473. IX 5276. X 540.

opificum summa 25; corporati 11; magistri 3.

Inter lanarios servus est collegiatus (Brixiae V 4501), itemque servi duo in collegiis fullonum reperiuntur, quorum alter magisterio fungitur (XIV 2156. XI 4771). ars fullonica intra domum quoque exercetur (fullones servi Aug. VI 3970. 4336, privatorum VI 6287—90. 7281a. *Ann. ép.* 1897 n. 131); quod attinet ad lotores gentiles Artorianos (V 801), interpretationem sequor, quam Mommsen dat in adnotatione: *gentiles Artoriani, si quidem recte*

[1]) retiarios, quos exhibet titulus Narbonensis *Ann. ép.* 1901 n. 35 (*Sex. Karius M. f. Rufus eiusque libertus retiarii*) retium fabricatores potius quam gladiatores esse censeo.

[2]) BGU = *Griech. Urkunden aus den Berl. Museen.*

emendavi, accipiendi sunt opinor de barbaris captivis Artorio cuidam traditis et ab eo in eiusmodi collegium dispositis ad fullonicam exercendam. in familia Augusti sunt lintearius X 6638, colorator VI 3953, in familiis privatorum textor VI 9290, coloratores VI 6217. 6251.

XIII Pistores, lanii.

	Ing.	Lib.	Serv.
pistores[1])	X 6494	* VI 6219	VI 9283
		VI 9803	VI 9804
		VI 9805	VI 9811
		VI 13406	
		XIV 2302	
		IX 3190	
		X 5346	
		X 5933	
		X 6494 (9)	
		V 1036	
		V 1046	
		XII 4502	
		XII 4503	
furnarii	Ephem. Ep.	IX 4721	
	VII 418	*Ann. ép.*	
	(ad CIL VIII)	1896 n. 83 (2)	
		(ad CIL VIII)	
lanii		** VI 167 (2)	VI 5000
		VI 9499	**VI 168 (2)
		VI 33870	VIII 9332
		**XIV 2877 (4)	
		IX 4227	

[1]) dubii VI 9765. 9766. 9807. 9809. 9812.

	Ing.	Lib.	Serv.
lanii		X 6493 VIII 9429 XII 4482 Dessau, Inscr. sel. 7473 (ad CIL VIII)	
opificum summa	2	37	7
corporati .	—	7	2
magistri	—	6	2

Duobus vel tribus nominibus vocantur pistores * VI 1002. * 9802. 9806. 9810. 13406. X 499, lanii VI 5001. V 3307. XIII 8351.

opificum summa 9; corporati 2.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur pistores ** VI 1002 (2). 1958. 9808. XIV 2213. **4234. II 5975.

opificum summa 7; corporati 3; magistri 3.

Panis coctionem Romanos ex antiquissimis temporibus longum per aevum ipsos domi exercuisse Plinius memoriae tradidit (Nat. hist. XVIII 107 *pistores Romae non fuere ad Persicum usque bellum annis a. u. c. super DLXXX. ipsi panem faciebant Quirites mulierumque id maxime opus erat; sicut etiamnunc in plurimis gentium. — certum fit Atei Capitonis sententia cocos tum panem lautioribus coquere solitos pistoresque tantum eos, qui far pinsebant, nominatos*) idemque scriptum videmus apud Festum (epit. p. 58, 14 *cocum et pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus*). pistores, quos in inscriptionibus reperimus, maxima ex parte libertini sunt, qui suis sumptibus in omnium usum pani coquendo operam dant. prae-

terea multis in familiis pistores fuisse et scriptores tradunt (Varro apud Gellium XV 19, 2 *quantum operae sumpsisti, ut tuus pistor bonum faceret panem*) et inscriptiones docent. in familia Augusti sunt pistores VI 4010. 4011. 4012. 4356. 8998. 9000. 9001. 9002. X 6638, in familiis privatorum VI 6337. 6338. 6687. 9462a. de titulis a laniis Forti Fortunae dedicatis infra agetur.

XIV Tabernarii.

	Ing.	Lib.	Serv.
aluminarius		VI 9142	
carbonarius		IX 1716	
harundinarius		VI 9456	
unguentarii[1])	VI 10000	VI 5638	VI 10007
	V 3827	VI 9999	
		VI 10003	
		VI 10004	
		IX 471	
		X 892	
		X 3974	
		X 3975 (2)	
		X 3979	
		X 3982	
		XI 5839	
seplasiarius		V 7454	
aromatarius	**VI 384		
pigmentarius		* VI 9796	
glutinarius		VI 9443	
thurarii[2])		VI 5639	VI 9928

[1]) dub. VI 10006.

[2]) dub. VI 4039.

	Ing.	Lib.	Serv.
thurarii	*Not. d. scavi* 1899 p. 216 (ad CIL V)	VI 9929—32 VI 9933 (7) VI 9934 X 1962 Ephem. Ep. VIII 446 (ad CIL X) V 1042 V 2184 XII 4518	X 3966
coronarii	XI 1450	VI 9283 X 1917 X 5372 X 6125	
opificum summa	5	40	3
corporati	**1	1	—

Duobus vel tribus nominibus vocantur viminarius[1]) XII 4522, unguentarii IX 5905. X 1965, seplasiarius III 15088, thurarii VI 5680a. X 6802.

opificum summa 6.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur vitor[2]) X 2911, chartarii[3]) VI 9255. XII 3284, unguentarii VI 845. 1974. 5681. 9998. 10001. X 3968. 8264. XIII 2602, pigmentarius VI 9795, ceriolarius III 2112, coronarii VI 9227. 9282. IX 2688.

opificum summa 16.

---

[1]) virgarium, quem exhibet tit. VI 9994, lictorem esse Rossius docuit.

[2]) vitor est, qui vimina, vimenta facit (Donat. ad Terent. Eun. IV 4, 21).

[3]) dub. VI 9256.

Cuius generis tabernariis inter opifices locum dandum esse censeam, supra dixi; collegia eorum rara fuisse videntur, cum in tanto numero hominum duo sint collegiati (VI 384. 9796). omnes fere tabernarii libertinae condicionis sunt et cum eorum negotium tale sit, ut potius extra familiam quam intra domum agatur, praeter tres glutinarios (Augusti servi X 1735. 6638, privati hominis servus *Ann. ép.* 1903 n. 52) et coronarium (VI 7009) servi huius generis domi non reperiuntur.

XV Tonsores, coqui, vecturarii.

	Ing.	Lib.	Serv.
tonsores[1])		VI 6994	
		VI 9940	
		VI 9941 fem.	
		XI 1071	
		V 4101	
		XII 4514 fem.	
coqui[2])	**XI 3078 (2)	VI 9270	[**XIV 2875 (4)]
		VI 33838	
		X 5211	
		V 2544	
		XII 4470	
caupones[3])	XII 4469	V 5931	
popinariae[4])		VI 9824	XIV 3709

[1]) dubii VI 9942. *Ann. ép.* 1892 n. 28.

[2]) titulum XIV 2875 uncis inclusi, quod Waltzing, *Corporat. professionn.* I 346, 5 coquos illos collegii cuiusdam domestici esse censet; cf. infra p. 75 n. 1.

[3]) dubius VIII 9409.

[4]) dubius VI 9825.

	Ing.	Lib.	Serv.
vinarii[1])		VI 33926	
		VI 9993	
hospitalis		XII 4377	
cisiarii[2])		**XIV 2874	*XIV 2874
iumentarius[3])		XI 4846	
muliones[4])	XI 962 (2)		
lecticarius[5])		VI 9509	
exonerator calcariarius[6])			*VI 9384
opific. summa	5	19	3
corporati	2	1	2
magistri	2	1	—

Duobus vel tribus nominibus vocantur conditarius VI 9277, exonerator calcariarius *VI 9384, saccarius *III 14642, saburrarius[7]) ** XIV 102, lecticarius *Ann. ép.* 1895 n. 147 (ad CIL VIII).

opificum summa 7; corporati 3; magister 1.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur coquus XII 4468, caupo XII 3345, vinarius VI 9992,

[1]) vinarius VI 9992 et conditarius VI 9277 caupones castrenses sunt.

[2]) dub. X 6342.

[3]) mancipes et iumentarii iunctores, qui Caracallam honorant titulis VI 31369. 31338, officiales praefecti vehiculorum sunt.

[4]) dub. V 7837.

[5]) dub. VI 9514.

[6]) *Laturnia Ianuaria calcaria* (*Ann. ép.* 1894 n. 147) aut calci coquendae operam dedisse aut officinam calcariam habuisse videtur.

[7]) Saburrarius est, *qui saburrae navibus importandae rursusque extrahendae destinatus est* (Forcellini—de Vit. IV 283).

conditaria VI 9277, cisiarii ** XIV 2874 (2), mulio III 10557 lecticarius VI 9508, saburrarius ** XIV 102.

opificum summa 9, corporati et magistri 2.

Mercennarii.

Denique ex numero mercennariorum et operariorum eos, qui cum manu quaestum sibi comparent, negotium habent cognatione quadam et similitudine cum opificum artibus coniunctum, inter opifices adscripsi. titulis mensorum frumentariorum et codicariorum, quibus communes sunt cum annona rationes, separatis perquam varii homines in hac tabula comprehenduntur: tonsores, coqui, caupones, vecturarii, baiuli, qui omnes haud multi sunt, cum haec opificia maximam partem a ministris vitae privatae exigerentur; quo fit, ut tonsores, coquos, lecticarios plurimos in familiis privatis habeamus.[1]) etiam inter scribas liberarios, quos tituli exhibent, certe nonnulli librarii mercennarii sunt, qui huc pertinent; sed cum et officiales magistratuum et magistri artis scribendi et ministri a manu vel ab epistulis ita nominentur, quis est, qui singulos discernat? et librarius ille testamentarius (X 4919), qui sine iuris consulto testamenta se scripsisse gloriatur, magis iuris peritus quam mercennarius est.

Artem coquorum antiquo tempore a Romanis contemptam ineunte secundo a. C. n. saeculo magni aestimari coeptam esse Livius memoriae tradidit[2]); qua de arte postea etiam viros amplissimos libros edere a se alienum esse non putavisse apud Columellam de re rust. XII 4, 44 scriptum est. reliqua in adnotationibus dicta sunt.

---

[1]) opus non esse videtur omnes hos vitae privatae ministros commemorare.

[2]) XXXIX 6, 9 (ad annum 187): epulae quoque ipsae et cura et sumptu maiore apparari coeptae; tum coquus vilissimum antiquis mancipium et aestimatione et usu in pretio esse et quod ministerium fuerat ars haberi coepta.

XVI Mensores; codicarii; piscatores et urinatores.

	Ing.	Lib.	Serv.
mensores[1])	** VI 85 * VI 9626 * VI 33883 * XIV 438	XIV 23 X 1930 (2) V 3155 V 6786	
codicarii[2])	* XIV 106 (3) ** XIV 250 ** XIV 352	* XIV 250 (3) ** XI 2643	
lyntrarius	** VI 9531		
opificum summa	10	9	—
corporati	10	4	—
magistri	4	1	—

Duobus vel tribus nominibus vocantur mensores * VI 22. ** 85. 905. ** 33883. ** XIV 2. * 150 (6). III 1220. 2124, codicarii * XIV 250 (91). ** 251 (3). * 251 (177). ** 252 (6). * 252 (14), piscatores et urinatores ** VI 1872 (2). * 1872 (3). ** 29700. ** 29701 (5).

opificum summa 315; corporati 314; magistri 20.

Nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur mensores VI 198. ** XIV 2 (2). * 150 (6). **309. ** 4110, codicarii ** XIV 250 (2). * 250 (31). ** 251 (72). * 252 (4). * 4234. II 260, piscator et urinator ** VI 29701.

opificum summa 123; corporati 121; magistri 7.

---

[1]) dub. XIV 363.
[2]) dub. XIV 170.

Mensores machinarii frumenti publici Romani et mensores Ostienses, qui adiutores et acceptores et nauticarii appellantur (XIV 2), in ratione frumentaria negotio suo fungebantur, ut scriptores et inscriptiones docent; qua de causa ei homines, qui in cura annonae occupati sunt, a mensoribus patroni creantur et procuratores annonae titulis honorantur (patroni mensorum sunt VI 1759 *praefectus urbi, praefectus annonae*; VI 1741 *praefectus urbi*; XIV 303 *mercator frumentarius, patronus urinatorum*; 409 *curator naviculariorum marinorum, patronus scaphariorum lenunculariorum*; 364 *patronus curatorum navium marinarum*); eadem de causa Sancta Annona apparet in titulo VI 22 a mensore quodam collegio pistorum dedicato, et puteal marmoreum, quod in parte adversa inscriptionem trium magistrorum collegii mensorum exhibet, monitu sanctissimae Cereris et Nympharum dedicatum esse dicitur (XIV 2).

Mensores ab officialibus magistratuum minoribus non multum differunt et re vera eorum negotium, ut ex titulis cognoscitur, non in eodem loco quo reliqua opificia habitum esse videtur. servi mensores in horreis et privatis (VI 9619—21) et publicis (IX 690. 821) et Augusti (VI 3988. 6321. 8912. 8913. X 6638. III 2128. XII 4490) eodem negotio fungebantur. paucos mensores, qui extra Romam sunt opifices privati, Romanis et Ostiensibus attribui; quamquam enim in oppidis provincialibus (praeter Alexandriam) frumenti publici distributio non fiebat, tamen ibi erant curatores frumenti publici vel annonae (III 6065 *promagister frumenti municipalis*), qui frumentum certo pretio vendebant vel frumenti in usum urbis Romae coempti vecturam adiuvabant; eorum in officio mensores fuisse apparet.

Extremo loco codicarii nominantur; eos quoque, ut iam supra demonstratum est, adiutores fuisse annonae transportandae tituli testimonio sunt ab eis positi (XIV 131 *curante praefecto annonae*; XIV 170 *procuratori portus*

utriusque; Ephem. Ep. VII 1212 *procuratori annonae Ost.*). codicarii, quorum negotium antiquum est[1]), magna et splendida corpora habuisse videntur, quod ex alborum reliquiis cognoscitur (XIV 250. 251); anno p. C. n. 92 collegium lenunculariorum patronos habet tres senatorii ordinis, sex equestris ordinis, septem quinquennales magistros.

Quod codicarios maxima ex parte naves gubernavisse ipsos opinor, eos non praetermisi, quamquam verisimile est multos eorum praeterea negotiando dedisse operam (XIV 4234 *codicarius et mercator frumentarius*). naviculários et nautas omitto; navicularii enim domini navium maritimarum sunt, qui aut naves mercatoribus locant mercibus transportandis aut ipsi mercantur (Waltzing, *Corporat. prof.* II 35), et nautae, qui passim in provinciis fluvios et lacus navibus adibant, non modo hominum et mercium vecturam exsequebantur, sed plurimi mercatores iidem erant (Waltzing II 32. Boissieu, *inscriptions de Lyon* p. 386), ut ex multis inscriptionibus apertum fit (II 1168. 1169 *scaphari, qui Romulae negotiantur*; XIII 1966 *nauta Rhodanicus, negotiator muriarius*; XII 1996 *nauta Rhodanicus, negotiator olearius*; XIII 1972 *nauta Araricus, negotiator frumentarius*; VI 29722 et XIII 1954 *nauta Araricus, negotiator vinarius*; XII 1911 *nauta Araricus, patronus negotiatorum vinariorum*). nonnullos eorum navigationi tantum operam dedisse verisimile est, sed hos ab illis disiungere non possumus. praeterea inscriptiones ad nautas pertinentes cum plerumque patronos et collegia, raro singulos nautas exhibeant, non ita magni in hac re momenti sunt.

Piscatores et urinatores si aliquo loco optime hoc commemorandi sunt; piscatores, qui extra illorum collegia

---

[1]) Seneca de brev. vit. 13: naves nunc quoque, quae ex antiqua consuetudine per Tiberim commeatus subvehunt, caudicariae vocantur. Varro apud Nonium p. 535: quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, a quo in Tiberi naves codicarias appellamus.

nonnulli reperiuntur (VI 9799—9801. X 6350. V 7850. II 2335. 5929), opifices nominandi non sunt, quod eorum negotium una cum venatione pertinet ad agriculturam.

Restat, ut quae adhuc singula exposita sunt, ea nunc considerentur summatim et quae summa sit quaestionis demonstretur. atque primum quidem alicuius momenti esse videtur, quod inscriptiones supra collectae inprimis idoneae sunt, quibus ea, quam defenderunt Rodbertus (*Jahrb. für Nationalökonomie u. Statistik* IV 341) et Carolus Bücher (*Entstehung der Volkswirtschaft* 58. 68), opinio iterum atque funditus refutetur et diluatur. notum est hos viros doctos arbitratos esse Romae opifices extra familiam artem exercentes fuisse nullos admodum, sed omnia, quae usui domestico necessaria essent, intra familiam fabricata esse. supervacaneum est pluribus rem tractare, praesertim cum semel atque iterum Eduardus Meyer (*Die volkswirtschaftl. Entwicklung des Altertums* p. 3; *Die Sklaverei im Altertum* p. 7. 8) et alii (Gummerus, *Der römische Gutsbetrieb* p. 97. Wilcken, *Ostraka* I 681—704) contra eos scripserint. certe testimonia inscriptionum tam manifesta habemus, ut non possit dubitari, utram sententiam sequamur. fuisse homines divites, qui intra familiam omnis fere generis opifices haberent, apparet ex titulis servorum intra familiam opificium exercentium, quos passim intra textum commemoravi. sed non est, quod omnem mercium fabricationem intra familiam factam esse censeamus, nam etiamsi partem servorum et libertinorum, quos tabulae exhibent, intra familiam in opificio occupatam fuisse concedimus, magnus relinquitur numerus opificum liberae condicionis, et quamquam eorum multos eosdem fuisse possessores officinarum, qui complures servos in suo opificio occupatos haberent, verisimile est, tamen ex inscriptionum testimoniis apparet apud Romanos opificia maximam partem fuisse penes homines liberos extra familiam artem exercentes.

Cuius condicionis fuerint hi opifices, ex tabula insequenti XVII videre licet, etsi cavendum est, ne hac computandi ratione nihil dubii relinqui credamus. cum non tot tituli superstites sint, ut quot ex cuiusque generis opificibus fuerint ingenui, quot libertini, quot servi certo scire possimus, primum omnes fabros deinde omnes opifices comprehendi. ut concentus esset numerorum et comparatio fieri posset, opus erat videlicet ad calculos vocare quot ex centenis fabris aut opificibus numeris singularum tabularum responderent.

XVII

	Ing.	Lib.	Serv.	Duobus vel trib. nominibus vocantur	Nomine gent. Rom. et cognomine Graeco utuntur
A. Summa **fabrorum,**					
qui sunt Romae	1,50	24,25	5,50	39	29,75
in Italia	3	14,50	3,50	51,25	27,75
intra imperium Rom.	2,75	14,75	3,75	51,50	27,25
corporati	1,25	1,75	0,25	67	29,50
magistri	3	9	—	52	37
B. Summa **opificum omnium,**					
qui sunt Romae[1])	2,25	31,75	6,25	33,50	26,25
in Italia	3,50	18,75	3,25	49	25,50
intra imperium Rom.	3,50	18,75	3,75	49	25
corporati	1,75	3	1	66,75	27,50
magistri	6	13,25	1,75	47,5	31,50

Atque primum quidem recognoscentibus nobis hanc

---

[1]) centonariis et dendrophoris exclusis.

tabulam novissimam conspicuum est servorum et ingenuorum numeros prae reliquorum numeris esse minimos. ingenui, qui patris nomen indicant, inter omnium generum opifices reperiuntur (casu opinor factum est, quod aurifices et fabros argentarios ordinis ingenui non habemus), sed pauci; quare ex eorum numeris colligi non posse existimo, quae opificia praecipue magni aestimata sint. in numero fabrum navalium — ut exemplo rem illustrem —, quorum ars ab architectorum arte non multum afuerit, tamen perpauci ingenui sunt. id profecto constat, fuisse homines condicionis ingenuae inter opifices.

Minus certos esse servorum titulos supra explicavi, cum qui extra familiam opus tractaverint, qui intra domum, haud facile cognoscatur; dubitationi locus dari non videtur in titulis eorum, qui collegiati sunt. sunt hi: subaediani VI 9558. 9559. 33875, caelator VIII 21106 (corporatus collegii argentariorum), lanarius V 4501, fullones XIV 2156. XI 4771 (magistri), duo lanii VI 168 (magistri), cisiarius XIV 2874, exonerator calcariarius

---

[1]) Cum non nihil interesse videatur scire, quot fabrorum et opificum tituli reperti sint, hic referantur:

	Ing.	Lib.	Serv.	Duobus vel tribus nominibus vocantur	Gent. nomine Rom. et cognomine Graeco utuntur	titulorum summa
A. Summa **fabrorum**	26	140	36	502	258	962
corporati	8	11	4	443	187	653
magistri	3	9	—	52	37	101
B. Summa **opificum omnium**	65	344	67	919	459	1854
corporati	22	34	11	806	326	1199
magistri	10	22	3	79	52	166

VI 9384.[1]) his titulis satis docemur fuisse servos in collegiis opificum; in ea collegia, quibus cum re publica rationes intercedebant ut fabrorum tignariorum, fabrorum, mensorum, codicariorum, fabrum navalium, servi recepti non esse videntur. fuerintne re vera omnes, quos tabulae exhibent, servi in opificio extra familiam agendo versati non patet, sed dubium non est, quin servi in opificiis extra familiam exercendis partes egerint infimas.

Multo maior quam servorum et ingenuorum numerus libertinorum est, qui manumissoris nomen indicant. hunc numerum aliquanto augere licet, nam, ut supra pluribus demonstravi, recte conicimus eos, qui nomine gentili Romano et cognomine Graeco utuntur, libertini ordinis esse. his cum illis coniunctis ex centenis fabris Romae 54, in Italia et intra imperium Romanum circiter 42, ex centenis opificibus Romae 58, in Italia circiter 44, intra imperium Romanum circiter 43 fuisse libertini ordinis colligi potest. Romae libertinorum numerum maximum fuisse mirandum non est. cum praeterea in numero eorum, qui ordinis indicio non apposito duobus vel tribus nominibus vocantur, sine dubio etiam libertini aut homines sint, qui ex ordine libertino prodierunt, sequitur ex centenis opificibus circiter 75 libertinos aut libertinae originis fuisse. qui praeter servos relinquuntur, liberi homines sunt originis aut Romanae aut peregrinae et ingenuorum numero recte adscribuntur.

Cum homines inferioris condicionis non ut imperatores et magistratus consulum nomina titulis apponere soleant et aliis ex rebus haud facile cognoscatur quo tempore tituli incisi sint, numerus eorum titulorum, qui certo anno aut aetati assignantur, exiguus est; itaque

---

[1]) in titulo XIV 2874 sunt quattuor servi magistri collegii cuiusdam coquorum, qui nominantur *coques atrienses*; cf. Waltzing, *Corporat. prof.* I 346,5: *les coques atrienses ont quatre magistres esclaves; mais c'est probablement un collège domestique.*

operae pretium non est quaerere, fueritne ingenuorum aut libertinorum numerus primo a. C. n. saeculo maior, quam primo vel secundo p. C. n. saeculo.

Quot opifices corporati fuerint non licet cognoscere; nequaquam enim omnes, qui in titulis mentionem collegii non faciunt, extra collegium re vera fuerunt, deinde in albis collegiorum, qualia conservata sunt fabrum navalium (XIV 256) et codicariorum (XIV 250. 251), nunquam fere condiciones collegiatorum indicantur; cum omnes collegiati duobus vel tribus nominibus vocentur, id spectatum esse videtur, ut uno et eodem modo columnae albi exhiberentur. id tantum ex tabula collegiatorum et magistrorum intellegimus, non modo in collegiis, sed ne in magisterio quidem hunc vel illum ordinem priores partes egisse, sed omnibus communia iura fuisse; servos magisterio fungentes minus saepe reperiri quam ingenuos consentaneum est.

Valueritne apud Romanos ordo collegiorum in medio relinquendum est; cum collegia opificum tertio p. C. n. saeculo, Gallieni et Aureliani aetate, in pompis et triumphis cum vexillis adfuisse traditum sit (Hist. Aug. Gall. 8, 6; Aurel. 34, 4), tum suum quodque collegium locum constitutum habuisse perspicuum est. sed de prioribus saeculis neque scriptorum testimoniis neque monumentis docemur. Plinius et Plutarchus, qui antiquissima illa collegia Numae, quae dicebantur, enumerant[1]), ordinem quendam collegiorum novisse videntur, sed cum hic ab illo dissentiat, immutabilis collegiorum ordo Plinii et Plutarchi aetate non fuisse videtur, nam in hac re tam nota scrip-

---

[1]) Plutarchus Numa 17: *αὐλητῶν, χρυσοχόων, τεκτόνων, βαφέων, σκυτοτόμων, σκυτοδεψῶν, χαλκέων, κεραμέων.* Plinius n. h. XXXIV 1: a rege Numa collegio tertio aerariorum fabrum instituto. XXXV 159: Numa rex septimum collegium figulorum instituit.

tores erraturos fuisse verisimile non est. illam scriptorum dissensionem hoc modo solvere possumus: primo quoque anno ordo collegiorum vel sorte vel alia ratione constituebatur; quo factum est, ut scriptorum uterque eum qui tum esset ordinem ex antiquissimis temporibus valere crederet. aut Plutarchus in enumerando non id spectavit, ut certum collegiorum ordinem constitueret.

Septem illis collegiis primos locos concessos esse verisimile est, reliquorum ut quodque antiquissimum aut maximum vel numero vel auctoritate erat[1]), ita primum locum tenebat. at auctoritas, quae postea eo maior erat, quo maiora erant munera publice imposita, sitne Augusti aetate in condicione privata collegiatorum posita in medio relinquendum est. si superessent tituli omnia unius oppidi collegia exhibentes, res minus impedita esset; sed testimonia tam gravia non adsunt. interdum patroni complurium collegiorum et opifices bis vel ter collegiati reperiuntur, ita ut quem ordinem habeant haec collegia videre liceat, at nihil novi nobis in hoc tam parvo numero occurrit. qua de causa mensores Ostienses codicariis, piscatoribus, dendrophoris (XIV 309 *mensores*, *codicarii, dendrophori*; 303 *mensores*, *piscatores et urinatores*; 364 *mensores*, *dendrophori*) et fabri navales Arelatenses centonariis (XII 700) anteponantur, facile intellegitur; sed fabros tignarios Ostienses minore auctoritate usos esse quam pistores conicere non possumus inde, quod in titulo XIV 374 secundo loco post pistores apparent; nam ut in titulis XIII 1966 (*nauta Rhodanicus*, *corporatus inter fabros*), XIII 1967 (*nauta Rhodanicus, tignarius*), 2029 (*negotiator, faber tignarius*), ita in illo collegium fabrum postpositum esse videtur, quod qui nominatur inter fabros collegiatus aliam artem exercebat, quam primo loco posuit.

---

[1]) Waltzing, *Corporat. prof.* I 74: *le droit de préséance dans les fêtes communes, qui se mesurait d'après l'importance de chacun.*

Quod in ordine Augustalium opifices reperiuntur complures, cum magno opificum condicionis libertinae numero convenit, cum libertini inprimis ad honores sevirales pervenire solerent. plurimi sunt inter fabros, fabros tignarios, mensores, qui cum negotium haberent communi saluti utile, proximi erant ad illos honores. cum praeterea decuriones in creandis Augustalibus divites reliquis anteponerent, naturae opificii minus rationem habitam esse, quam rei familiaris aut opificio exercendo aut negotiando partae perspicuum est. itaque ut eiusdem condicionis privatae omnes Augustales sunt, ita varia opificia exercent. Augustales sunt fabri tignari **XIV 297. ** 299. ** 407. ** 418. ** 330. ** 2981. * XIII 1939, fabri municipales * III 1082. ** 1016. ** V 5310. * 731. ***Ann. ép.* 1903 n. 350. ** XI 6358. ** IX 2683, materiarius XI 6212, marmorarius X 1873, aerarius XI 1616, clavarius V 7023, aurifex XII 4391, faber argentarius V 3428, pectenarius IX 1711, vestiarii XI 6109. V 6777. Suppl. Ital. 159. *Ann. ép.* 1896 n. 113. XII 3202. 4422, sagarius IX 5752, barbaricarius XIII 1945, lintearius XI 6228, infector V 997, purpurarii IX 5276. XI 6604. X 540, chartarius XII 3284, pistor X 5346, thurarius *Not. d. scavi* 1899 p. 216, caupo XII 4377, mensores ** XIV 309. ** 4140. V 6786, codicarius ** XI 2643.

Ut hominum condiciones inter se differunt, ita qui inferioris condicionis sunt alios deos venerantur atque qui meliore fortuna fruuntur. itaque aliquantum interest quaerere quae numina singuli opifices praeter cetera veneratione prosequantur. infra tituli sacri ita collati sunt, ut columna *a* contineat titulos a collegio vel nomine collegii a magistris consecratos, columna *b* titulos a magistris, collegiatis, patronis pro sua salute dedicatos vel ab hominibus non collegiatis collegio dono datos.

a.	b.
fabri tignarii	
Silvanus XIII 1640	Numen Fort. coll. VI 3678
Mars VI 33856	Genius coll. XIII 1734
	Hercules V 4216
fabri municipales	
Fortuna Primig. XIV 2876	Aescul. et Hygiaea V 731
Numen Fort. coll. VI 3678	III 975. 984.
Genius patronor. V 7469	Apollo Belenus V 749
Minerva et Nept. VII 11	Concordia coll. V 7555. 5612
Mars Intarabus et numen	Deorum prosperit. III 4557
Augusti et Genius col-	Dei cum Iove V 5738
legii (*Röm. germ. Kor-*	Deus aeternus III 7900
respondenzblatt I p. 6).	Fides VI 148
	Genius coll. III 1016. 1424.
	7905. 8086. XI 5023
	Hercules VI 321
	I. O. M. III 1043. 1051. 1082.
	1083. 1431. 7910. 3438.
	V 5738
	Minerva IX 3148. II 4498
	Nemesis III 7767. 13779
	Silvanus III 3580
sectores materiarii	
Silvanus V 815	
fabri lapidarii	
Genius coll. XIII 1734	Genius coll. VI 243 (pavimen-
(tectores)	tarii)
Lares Aug. VI 444 (structores)	
Mercur. XIII 1034 (structores)	
fabri aerarii	
Fors Fortuna *Ann. ép.* 1905	
n. 49	Iupiter et Iuno IGR III 1079
fabri ferrarii	
Fortuna Redux XIII 5474	Sol VI 703
I. O. M. XIII 5474	

a.	b.
aurifices	Concord coll. VI 95
	Fort. Primig. *Not. d. sc.* 1896 p. 49
vascularii	
	I. O. M. III 14386
sutores, coriarii	Apollo XIII 4288
	Genius coll. XIV 10
	Lugoves II 2818
sarcinatores, vestiarii	Deus invict. XIII 542
	Domnae V 774
	Fort. Aug. XI 6109
	Hercules VI 339
	Isis Suppl. Ital. 159
	Mercurius V 6777
lanarii	Apollo V 3217
stuppatores	Minerva XIV 44
fullones	
Minerva XI 4771	Diana XIV 2156
	Ἥλιος Μίθρας IGR I 567
	Liber *Ann. ép.* 1893 n. 98
	Minerva VI 268. V 801.
	Victoria VI 267
tabernarii	
Fors Fort. VI 169 (coronarii)	I. O. M. VI 384 (aromatarii)
pistores	
Neptunus VI 5866	Hercules XIV 4234
(molinarii)	Diana Nemorensis XIV 2213
lanii	
Fors Fortuna VI 167. 168	
Fortuna Primig. XIV 2877	
Genius Aug. XIII 941	
I. O. M. III 860	
coqui	
[Fortuna Primig. XIV 2875]	
Iupiter Iuno Minerva XI 3078	

a.	b.
vecturarii	
Fortuna Primig. (cisiarii)	
XIV 2874	Genius coll. V 4211 (iument.)
	Volcanus V 4294 (iument.)
mensores	Annona VI 22
	Ceres XIV 2
	Castores VI 85
	Hercules XIV 16
	I. O. M. XIV 23

Tituli Genio vel Concordiae vel Numini Fortunae collegii sacri omnibus communes sunt; ut suos quaeque familia penates habebat, suos domus lares, ita suo quodque collegium Genio sacrificabat. reliquorum deorum saepius invocantur primum ei, quorum naturae aut cum omnibus aut cum singulis opificiis quasi cognatione coniunctae sunt. quis est, quin recordetur Minervam scriptores appellare, poetas versibus celebrare patronam omnium opificum et artificum?[1]) eius ministros se profitentur opifices (III 3136 *artifices Minervae*), eam *conservatricem et antistitem* corporis sui stuppatores Ostienses appellant (XIV 44), titulis dedicatis honorant fabri (VII 11. IX 3148. II 4498), qui iidem scholam deae nomine ornant (XI 6335 *schola deae Minervae collegii fabrum*), et fullones (XI 4771. VI 268. V 801), quos illam praeter omnes patronam sibi elegisse traditum est (Wissowa, *Relig. und Kult. d. Römer* p. 204).

Silvanum colunt, quibus arbores silvarum materiam praebent opificii, fabri tignarii (XIII 1640), fabri (III 3580),

---

[1]) Ovid. fast. III 821: hanc cole, qui maculas laesis de vestibus aufers, hanc cole velleribus quisquis ahenea paras; 833: mille dea est operum. Lactant inst. div. I 18, 21: sed nimirum Minerva est, quae omnia reperit ideoque illi opifices supplicant.

sectores materiarum (V 815)[1], Neptunum molinarii (VI 5866), Annonam et Cererem mensores (VI 22. XIV 2), qui *mensores frumentarios Cereris* ipsi se appellant (XIV 409); Mercurio supplicant vestiarii (V 6777), qui magis in negotiando, quam in fabricando occupati esse videntur, cum collegium eorum nominetur *collegium Mercurii vestiariorum* (VIII 21848). Hercules, cuius templum erat ad Aram maximam, non modo a mercatoribus decimam accipit quaestus (sagarii VI 339?), sed etiam monetae praeest (VI 44. 298 monetarii) et tuetur eos, qui ponderibus utuntur (*Hercules ponderum* VI 336; *Herculi s. mensores* XIV 16).

In aliis deinde oppidis ea numina opifices veneratione prosequuutur, quorum cultus antiquitus ibi in honore est, ut Dianam Nemorensem lotores (XIV 2156) et pistores (XIV 2213), Herculem Tiburtinum pistores (XIV 4234) et cisiarii (VI 9485), Aesculapium, patronum oppidi, fabri Apulenses (III 975. 984), Fortunam Primigeniam Praenestinam fabri (XIV 2876), lanii (XIV 2877), aurifices (*Not. degli scavi* 1896 p. 49), coqui (XIV 2875), cisiarii (XIV 2874).

Ad extremum Fors Fortuna nominanda est, cui homines humili loco nati praeter ceteros supplicavisse notum est.[2] Fortuna apparet in titulis coronariorum VI 169, laniorum VI 168. 168, ferrariorum XIII 5474 (*Fort. Redux*), fabrum III 7767. 13779 (*Nemesis*)[3], aerariorum *Ann. ép.* 1905 n. 49.

Titulis a singulis opificibus consecratis non tam testibus uti licet quam titulis a collegio positis, cum eum

---

[1]) subrutores, qui cultores Silvani se profiteantur in titulo VI 940, fuisse caesores arborum supra opinatus sum.

[2]) Ovid. fast. VI 780: plebs colit hanc, quia qui posuit de plebe fuisse fertur et ex humili sceptra tulisse loco. convenit et servis, serva quia Tullius ortus constituit dubiae templa propinqua deae.

[3]) III 1125: deae Nemesi sive Fortunae.

quemque deum venerari appareat, cuius aut auxilio indigeat aut tutela conservatus sit. at non casu factum est, quod et titulorum sacrorum numero et dis ab eis honoratis inter omnes praestant fabri; eos principatum tenere inter opifices cum itentidem demonstratum est, tum non modo ex patronorum titulis cognoscitur, sed etiam ex titulis, aris, statuis in honorem imperatorum et Augustorum dedicatis, quos titulos adiungo.[1]) honorantur a

fabris tignariis
- Sabina Augusta, uxor Hadriani VI 996
- Lucius Verus XIV 105
- Caracalla VI 1060
- Antoninus incertus XIII 6303

fabris
- M. Aurelius III 5659
- Septimius Severus III 1043
- Septimius Severus et Caracalla III 8086
- Septimius Severus et Caracalla et Geta III 1016
- Constantius III 1981
- II imperatores III 1043. XIV 124
- III Augusti III 1016
- Numina Augustorum XIII 1640

subrutoribus
- Titus VI 940

coriariis
- M. Aurelius IGR I 717
- Diocletianus VI 1117

---

[1]) *collegium fabrorum pro salute d. d. templum restituit* VII 11; *in honorem d.d. schola fabrum tignariorum* [*consecrata est*] XIII 6308; *collegium fabrum pro salute imperatoris aedem restituit* III 5659.

Constantinus VI 1117
Maximianus VI 1118
sagariis
Traianus VI 956
pistoribus
Antoninus Pius VI 1002
M. Aurelius XIV 101
linariis
Hadrianus IGR III 896
lanionibus
Tiberius XIII 941
calcariensibus
Augustus VI 9223
saburrariis
M. Aurelius XIV 102
codicariis
Constantinus XIV 131
piscatoribus et urinatoribus
Caracalla et Iulia Domna mater VI 1872
Antoninus incertus VI 1080.

Re ad finem perducta paucis liceat commemorare mulieres laboriosas, quae inter opifices reperiuntur suum opificium exercentes. earum titulos supra cum virorum coniunctim allatos nunc colligo separatos.

tesseraria lignaria V 7044
clavaria V 7023
brattiaria VI 9211
auri vestrix VI 9214
sarcinatrices VI 9884. 33907. XI 5437. V 2542.
ornatrices VI 9736. X 1942. V 4194. II 1740
unguentaria X 1965
thurariae VI 9933 (2)
furnariae IX 4721. *Ann. ép.* 1896 n. 83.
tonstrices VI 9493. 9941. XII 4514.
popinariae VI 9824. XIV 3709

linaria V 5923
purpurariae VI 9846 (4). *Not. degli scavi* 1907 p. 209
conditaria VI 9277
officinatrix VI 9715

Quorum opificiorum nullum repugnat muliebri naturae, nam clavaria (V 7023) et brattiaria (VI 9211), quarum artes minus feminis convenire censeat quispiam, cum coniugis artem utraque exerceat, adiuvantur, si opus est, illorum viribus; plurimae ordinis libertini sunt.

Cum in collegiis funeraticiis mulieres et recipiantur et magisterio saepe fungantur (Waltzing, *Corporat. prof.* I 349) et, quae quaestum feminarum proprium habent, collegio coniunctae reperiantur (*sociae mimae* VI 7861. 9405. XIV 44. 246. 251), feminae in collegiis opificum collegiatae non fuisse videntur, cum tituli eo pertinentes reperti nulli sint. nam uxor illa patroni, cuius in honorem fabri et centonarii Mediolanenses titulum dedicant V 5869, patrona potius habetur quam collegiata (Waltzing, *Corporat. prof.* IV 254. Liebenam, *Röm. Vereinswesen* 174) et tesserariam illam lignariam, cuius est titulus V 7044 (*D. m. libertae tesserariae lignariae sodalicium marmorariorum*), in collegio marmorariorum fuisse inde non apparet, quod cura collegii funeraticios accipit honores; semel atque iterum fit, ut feminae de collegio bene meritae titulis honorentur mortuae.

Vita.

Natus sum Georgius Bernhardus Kühn die X mensis Decembris anno prioris saeculi LXXXIV in vico Saxo-Altenburgensi, cui nomen est Flemmingen, Georgio Kühn Anna Leonhardt parentibus, e quibus illum praematura morte mihi ereptum vehementer lugeo, hanc superstitem esse valde gaudeo diuque fore spero. fidem profiteor evangelicam. quintum agens annum cum matre Altenburgum transmigravi et litterarum primordiis imbutus gymnasium adii Altenburgense, quod novem per annos frequentavi Augusto Procksch regente. vere anni h. s. IV maturitatis testimonio instructus Tubingam migravi studiis philologicis operam navaturus; post ter senos menses universitatem adii Bonnensem, cuius inter cives per duo semestria fui. deinde ut studia absolverem Halas Saxonum me contuli.

Docuerunt me viri doctissimi

Tubingenses: Adickes, v. Below, Busch, Gundermann Herzog, Jacob, Kornemann, Lange, Schmid, Schwabe †, Spitta;

Bonnenses: Brinkmann, Buecheler †, Deubner, Elter, Erdmann, Loeschcke, Nissen, Solmsen;

Halenses: Bauch, Droysen †, Fries, Ihm †, Kern, Medicus, Muff, Niese †, Praechter, Robert, Wissowa.

Ut exercitationibus interessem benigne concesserunt v. v. d. d. philologicis Buecheler, Elter, Gundermann, Schwabe, Wissowa, historicis Jacob, Niese, Nissen, archaeologicis Loeschcke, Robert, philosophicis Bauch, Medicus, paedagogicis Fries.

Quibus viris omnibus optime de me meritis gratias ago debitas, inprimis Georgio Wissowa, qui summa benignitate studia mea adiuvit huiusque dissertationis fautor fuit et suasor.